BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
35
3 A
1
9

ex bibliotheca ...
1
35.3.A.9

¶ Hyſtoria eccleſiaſtica Euſebii Ceſarienſis: per magiſtrum Goffredū bouſſardum ſacre pagine doctorem eximium: exactiſſime correcta et emēdata: ac pariſius nouiter impreſſa.



BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

¶ Venūdatur Pariſius a Franciſco Regnault in vico ſancti Jacobi ſub ſigno Elephantis.

¶ Gaufridus Bouſſardus Theologorum minimus: dño Stephano poncher iuris pontificij pariter et imperatorij interpreti Celeberri-mo omniumq; bonarũ litterarum amantiſſimo atq; in ampliſſimo galliarum ſenatu preſidenti digniſſimo. S. p. D.

Eccleſiaſtice hiſtorie vtilitatẽ pariter ⁊ ame-
nitatem mecum reputans clariſſime vir eamq; iam
apud bibliopolas perinde ac non extaret nuſq̃ reperi
ri imprimendam curaui a nobis primum diligentiſſi-
me caſtigatam. Et ſi enĩ ſuperioribus annis impreſſa
fuiſſet timende tamen quibus abunde nimis reſpers-
us erat codex cum in notis ſignis et punctis tum in ip
ſis vocabulis et integris ſententijs pleroſq; literarum amantes mi-
re ab eius lectione deterrere poterant ⁊ legentes non parum offende
re. Huius miſertus volens rei litterarie ſimul et ſtudentium collegio
vel hoc in vno cõſulere accipio eam in manus: et recondens me pe-
nitus lego relego: percurro. Multiſq; exẽplaribus et archetipis quos
ex varijs conquiro bibliothecis conferens: caſtigo ⁊ emendo q̃ poſ-
ſum accuratiſſime: non ſententias modo: ſed ſingulas pene ſillabas
diſcutiens. Addo indicem ſiue vt vulgo dicitur/tabulã: ordine elemẽ
torum ſeruato: qua monſtrante: quicquid ea in hiſtoria ꝯtinetur q̃-
tumuis exile vel abditum modo ſit cognitu dignum lector facile in-
ueniet. Hanc hiſtoriam compoſuit Euſebius Ceſaree paleſtine epi-
ſcopus cognomento Pamphyli. vir humanarum diuinarumq; litte-
rarum eruditiſſimus: ⁊ ſacre bibliothece diligentiſſimus perueſtiga-
tor. Qui tametſi impias arrij partes aliquãdo ſecutus ſit. tandem ta
men ad eccleſie ſinum rediens: nicene ſynodi fidem non modo ſince
re ſalſus eſt: ſed publice fortiterq; defendit. Euſebius igitur iſte hac
in hiſtoria antiquitatem ⁊ exordia gentis noſtre religioniſq; te-
xens naſcentem pulchre deſcribit eccleſiam: quam a condito euan-
gelio per omnem ſuam etatem circunducẽs: ad conſtantinum impe
ratorem ſcribendo ꝑuenit. queq; ſuis reddens temporibus. Sicq; eam
varijs ſubinde aſpergens hyſtorijs: tam amenam tamq; iucundam
reddidit: vt omni ex parte lecta animũ tuũ q̃tumuis meſtũ leuare ⁊
vegetare valeat. Inter multas que res eccleſiaſticas tractauere:
eccleſiaſtice hyſtorie appellationem: iam apud omnes ſibi vendicat
hac vt arbitror ratione: ꝙ cũ fere primo poſt chriſti tempore fuerit
per Euſebium conſcripta: eccleſie acta: reiq; eccleſiaſtice ſeriem ⁊ ele
gantius: et ordinatius: ⁊ religioſius texat. In ea videre eſt beluinas
gentilium in noſtros feritates: diras tyrannorũ ꝑſecutiones: inuictas
martyrũ conſtantias: fortes chriſtianorum confeſſiones: noſtrorũq;
epiſcoporum reuera acta magnifica. aliaq; id genus innumera tã
pulchra ⁊ tam iucunda: vt ſi hanc ſemel legendo quis fuerit aggreſ-
ſus: tanta eum capiet in ea legenda voluptas/vt nõ legere modo ſit
contentus: ſed et relegere non ſemel neq; bis: ſed ſepius deſideret: et
cupiat vltro. Id enĩ precipue ſupra ceteras tibi lectori preſtabit: ꝙ cũ
eam millies relegeris: nunq̃ lectio eius faſtidiũ; nunq̃ tibi nauſeam

aciet: quin potius: quo ſepius eam releges: eo auidior ad eam iterũ
egendam certatim curres. Id/ vt interim de rerum vbertate quas
omplectitᷣ ſileam/ exiſtimo preſtare ſermonis culturam: que tanta
ſt vt cum greca ſit hyſtoria: mirũ ſit tantam in vertendo venuſtatẽ
eruaſſe rufinũ. Rufinꝰ enĩ aquiliegiẽſis preſbyter vtriuſq; lingue pe
ritiſſimus grecũ Euſebium latinũ fecit: iacentemq; noſtrorũ auribus
contradidit. Nec id modo: ſed ⁊ nouem illius: duos poſteriores ad=
didit libros: partim ex maiorũ traditionibus: partim ex his que re
rum experimento didicerat: ab ſe pari cultura compoſitos. Hũc ego
laborem meũ q̃ntuluſcũq; eſt tibi dicandũ putaui eruditiſſime vir nõ
ꝙ putem tam egregium opus te fugere: quippe quem ſepius ipſe au
diui ex archanis abditiſſimiſq; huius hyſtorie latebris: multa precla
ra magna cum maieſtate depromere. Sed id eo animo facio. Cũ ꝙ
preter inſignes animi tui dotes/ quibus plurimũ ornaris orbiq; no=
ſtro cantatiſſimus es/ non iura tantum imperatoria aut pontificia:
vt mille legulei ſuperba ignorantia turgidi dentiſſimis agminibus
pallacij ſtratam fruſtra girãdo terẽtes/ ſed diuinas humanaſq; om=
ni generis diſciplinas libenter legis: earũq; amantes neſcio qua in=
nata tibi comitate colis. obſeruas et tota animi auiditate exoſcula
ris. Tum ꝙ ſciens te hoc in ampliſſimo galliarum ſenatu virum eſſe
primariũ orationemq; tuam apud illos non parũ habere momenti.
Cupiam immo orem ⁊ rogem patres illos conſcriptos atq; ſenato=
res quibus non iniuria preſides adhorteris vt cũ e foro redeunt do=
mum animũ ſuum curarũ nimietate obruptũ vna hyſtorie huius le=
ctione vegetent ⁊ leuent codicem hunc ſumentis in manus. Non pa=
rum eis cõducet: habebũt quorũ acta mirentᷣ: quorũ virtutes imiten
tur quibus ⁊ vitam moreſq; componant ſuos. Maieſtatem eorũ non
dedecebit ſed ornabit eorũq; ſententias quas te rogante dicunt red
det clariores. Concinnior enim erit oratio ſi rei de qua conſultatur
accommoda redditur hyſtoria. Ita factitaſſe olim veteres illos ora
tores legimus ⁊ cum cauſas pro roſtris agerent ⁊ cum ſententias in
ſenatu dicerent. Teſtimonio ſunt orationes ille ſplendide Ciceronis
tibi me conſcio familiares: quas varie hyſtorie ⁊ peregrine ⁊ dome=
ſtice quibus per pulchre aſperſe ſunt ⁊ ameniſſimas reddunt ⁊ illu=
ſtriſſimas. Sic ⁊ illuſtrabit illos ſenatores tuos Euſebius noſter ani
mos eorum non parum excolet: ſententias facundiores reddet et fe=
cundiores. Itaq; vir clariſſime tuum erit eos monere adhortari eis
ſuadere. perſuadere poſt hac Euſebiũ noſtrum ſibi faciant domeſti=
cum ⁊ relegendo familiarem. Id vbi feceris de euſebio pariter et il=
liſ ipſis bene mereberis/ et nos quoq; ad aliud maius etſi non inſigni
us opus aggrediendũ: reddes ⁊ alacriores ⁊ concitatiores. Sed iam
bene vale et Gaufridum tuum ama ſemper te amantem

Prologus.

¶ Incipit prologus Ruffini preſbyteri in hiſtoriā eccleſiaſticam ad Cromatium epiſcopum.

PEritorū dicūt eſſe medicorū vbi iminere viribus vel regionibus generales viderint morbos ꝓuidere aliqd medicamēti vel poculi gen⁹. quo premuniti hoies ab imminēti deffēdant exitio. Quod tu quoqȝ venerāde pater Cromati medicine exequans genus tempore quo diruptis Italie clauſtris Alarico duce gotorum ſe peſtifer morbus infudit ⁊ agros armenta viros longe lateqȝ veſtauit populis tibi a deo cōmiſſis feralis exitii aliqd remediū querens per quod egre mētes ab ingruentis mali cōtagione abſtracte melioribꝰ occupate ſtudiis tenerentur: iniungis michi vt eccleſiaſticā hiſtoriā quā vir eruditiſſimus Euſebius Ceſarienſis greco ſermōe cōſcripſerat in latinū ꝟterē. cui⁹ lectiōe anim⁹ audientiū vinctus dū noticiā rerū geſtarū auidius petit: obliuionem quodāmodo malorū que gererent acciperet. A quo ego cū opere excuſare me vellē vtpote inferior et impar ⁊ qui iam tā multis annis vſū latini ſermonis amiſerim: cōſideraui qȝ nō abſqȝ aliquo apoſtolice inſtitutionis ordine nobis iſta preciperes. Nam ⁊ cum dñs aliqñ eſurientibus in deſerto auditorū turbis dixiſſet apoſtolos date eis vos mādučare. Philippus vnus ex aplis intelligens eo magis ſplendeſcere diuine ꝟtutis inſignia ſi minorū quorūqȝ miniſtris explerentꝰ nō protulit panes apoſtolice reconditos pere: ſed puerulū adeſſe dixit habentem quinqȝ panes ⁊ duos piſces: quem verecūde excuſans adiecit ſed hec que ſunt inter tantos quo magis in anguſtiis opibus et deſperatis: clara fieret diuina potentia. Sciens ergo ex illis te deſcendere diſcipulis recordatusqȝ Philippi fortaſſis exemplo vbi paſcendi turbas tempus vidiſti puerulum ſubrogaueris: qͥ panes quidem quinqȝ ſicut acceperat duplicatos adhiberet: ad explendū tamē euāgelicū ſacramētū ꝓprio labore captos adderet ⁊ piſciculos duos aggreſſus ſū exequi vt potui quod preceperas: certus qȝ excuſabit imperitie noſtre culpas p̄cipientis auctoritas. Sciendū ſane eſt qȝ decimus liber huius operis in greco quoniā perparū erat in rebus geſtis: reliqua omnia in epiſcoporum panegericis tractatibus nichil ad ſcientiam rerū conferentibus occupatus omiſſis que videbātur ſuperflua hiſtorie ſi qd habuit nono coniunximus libro et in ipſo Euſebii narrationis dedimus finem. Decimum vero ⁊ vndecimum librum nos cōſcripſim⁹: partim ex maiorum traditionibꝰ partim ex his que nr̄a iā memoria comprehenderat: et eos velut duos piſciculos ſupraſcriptis panibus addidimus quos ſi tu ⁊ probaueris ⁊ benedixeris: pro certo confidam qȝ ſufficient turbis. Continet autem omne opus res in eccleſia geſtas a ſaluatoris aſcenſione et deinceps. Noſtri vero duo libelli a temporibus cōſtantini poſt perſecutionē vſqȝ ad obitum Theodoſii auguſti.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit liber primus hyſtorie eccleſiaſtice Euſebii ceſarienſis.

Ucceſſiões ſanctorũ apoſtolorũ ꝛ tẽpora q̄ a ſaluatore noſtro vſq ad nos decurſa ſunt queq et qualia in his erga eccleſie ſtatum geſta ſunt/q̄ etiã inſignes viri in locis maxime celeberrimis eccleſiis p̄fuerũt vel qui ſingulis q̄buſq tẽporibus ſeu ſcribendo ſeu docendo verbũ dei nobiliter aſtruxere: quiq etiã vel quanti vel quando noua cõtra religionẽ dogmata pferentes ad pfundũ erroris ſtudio contẽtionis elapſi falſe ſcientie auctores ſe preceptoreſq pfeſſi ſunt paſſim velut lupi graues gregem chriſti lacerãtes necnon ꝛ ea mala que iudeorũ gentẽ p inſidiis quas aduerſus ſaluatorẽ moliti ſunt vaſtauerũt quibus etiã modis ꝛ quotiens quibuſue tẽporibus doctrina xp̄i ꝛ ſermo diuinus a gẽtib⁹ impugnat⁹ eſt:q̄tiq his tempeſtatibus vſq ad ſuppliciorũ patientiã ꝛ pfuſionẽ ſanguinis pro verbi dei veritate certauerũt: ſed ꝛ martyria noſtris ſuſcepta temporibus atq in his dn̄i ꝛ ſaluatoris noſtri erga ſingulos q̄ſq vnicũ clemẽtiſſimũq ſubſidiũ ſcribere michi volẽti nõ aliũde ſumẽdum videt exordium q̄ ab ipſa domini ꝛ ſaluatoris noſtri Jeſu chriſti p̄ſentia corporali. Sed michi queſo veniã dari. Cõfiteor nãq q in hoc opere viribus noſtris maiora tentamus vt ꝛ fideliter ꝛ integre que ſint geſta narremus: ꝛ rudẽ ac nulli fere noſtrorũ ingreſſam viã huiuſcemodi itineris primi audeam⁹ incedere. Et licet deũ ducẽ futurũ dominiq ſaluatoris noſtri certus ſim nobis ſuffragia affutura: hominũ tamẽ nulla quibus poſſimus initi conſpicim⁹ p̄ceſſiſſe veſtigia: niſi q ſparſim ſingulorũ quorũq temporum: ſeu rerum geſtarũ ad nos vſq indicia ac monumẽta trãſmiſſa ſũt. E quibus quedam nobis luminũ faces velut in obſcuro poſitis emittũt accenduntur: ꝛ tanq̃ e ſublimi ſpecula qua nos greſſum tendere oporteat ac viam verbi abſq errore dirigere eorũ vocibus ammonemur. Queciq igitur ppoſito operi conuenire credim⁹ ex his que illi ſparſim memorauerunt eligentes ac velut e rationabilibus campis dictorum floſculos decerpẽtes hiſtorica narratione in vnũ corpus redigere ꝛ coagmẽtare tẽtabimus: ſatis abũdeq gratũ putantes ꝛ ſi non omniũ nobiliſſimorum certe ſaluatoris noſtri apoſtolorũ ſucceſſiones celebrioribus quibuſq eccleſiis traditas in vnũ colligere atq in ordinem modũq digerere. Opus autẽ michi perneceſſariũ videor aſſumpſiſſe eo magis q vt ſuperius dixi neminẽ eccleſiaſticum dũtaxat ſcriptorẽ ad hanc partem narrationis animũ adieciſſe cõperio. In quo illud etiã ſpero ꝛ q vtilitat; plurimũ ex rerũ geſtarum cognitione ſtudioſis q̄buſq noſter hic conferat labor. Quãuis iam de his ipſis nõnulla etiam in chronicis. i. in eo opere quod de temporum ratione cõſcripſimus breuiter ſuccincteq perſtrinxerim. Plenius tamen in preſenti opere ſingulorũ narrationẽ aperire tẽtabim⁹. Incipiet igitur michi ſermo ab ipſo domino ſicut pmiſimus chriſto. Uerum q̄ chriſtianorum res geſtas ſcribere ppo

ſuimus cōſequens videt̃ vt prius
vel genus hoc hominū vnde ducat
exordiū vel q̄d nominis ipſius con
tineat ratio ⁊ cuius gens iſta ⁊ po
pulus appellatione cenſetur repe
tentes paulo altius exponamus.

¶ Capitulum primū ꝙ deus ⁊ do=
minus creator omniū ac diſpenſa=
tor vniuerſorū ipſe ſit ſecūdū ea
q̄ in lege ⁊ ꝓphetis ſcripta ſunt.

IGitur quo
niam chriſtus duplici
ex modo conſtat ⁊ di
uina in eo parit̃ atqꝫ
humana natura plenitudinem te=
net caput in eo diuina ſubſtantia
pedes humana quā pro noſtra ſa=
lute ſuſcepit habentur. Et ita de=
mū perfectius nobis narratio diri
get̃ ſi a capite. i. a diuinitatis eius
verbo ſumamus exordium per q̄d
chriſtianorū / que gens nouelle ap=
pellationis creditur / antiquitas ⁊
nobilitas pariter oſtendentur.

A ¶ Genus igitur chriſti ⁊ ipſius
ſubſtantiā ⁊ eius naturā proferre
ac pandere nullius ſermo ſufficiet.
Siquidē etiam diuinū de eo ita ꝓ=
nunciat oraculum dicens. Genera
tionem eius quis enarrabit. Sed
⁊ alibi celeſtibus nichilominus de
eo vocibus ita refertur. Quia ne=
mo nouit filium niſi pater: ſꝫ neqꝫ
patrem quis nouit niſi filius. Sol⁹
ergo ille qui genuit noſſe dicit̃ filiū
pater: ⁊ filius patrem. Sine dubio
excluſit ceteros ad diſcutiendam
noticiam qui ad vnum ſolū patrē
filiū ſcientiam reuocauit. Hic igit̃
in his voluminibus que diuino ſpi
ritu conſcripta creduntur lux eter
na ⁊ ante mundi initiū ſemp fuiſſe
ꝓdicatur. Sapiētia quoqꝫ ſubſtā=
tialis ⁊ verbum viuū in principio
apud patrē: ⁊ deus verbū ſubtitiſſe
narratur. Quis ergo poterit eum
qui ante omnē creturam viſibilē
atqꝫ inuiſibilē ſemper fuiſſe et in
initio iam fuiſſe ex ipſo patre nat⁹
⁊ cum patre ſempiternus extitiſſe
deſcribit̃ ſermone cōprehendere.
Quis omniū celeſtiū immortaliū
diuinarūqꝫ virtutum dominū ⁊ du
cem atqꝫ principē celeſtis militie ⁊
magni conſiliꝫ angelū voluntatis
paterne efficatiā quē cum patre
omnia que ſunt creaſſe ⁊ cōdidiſſe
conſtat vt verum filium ⁊ vnigeni
tū ⁊ omniū que creata ſunt dn̄m ⁊
regē ac dominatorē paterna vir=
tute ac poteſtate cūcta moderātē
verbis explicet niſi ꝙ ad intelligē
tiā plenitudinis eius perſecretio=
ra ⁊ myſtica diuinorū voluminum
informātur eloquia. Johānes de=
niqꝫ ſpū dei repletus. In principio
inquit erat verbum: et verbū erat
apud deū: ⁊ deus erat verbū. Hoc
erat in principio apud deū. Oīa ꝑ
ipm̄ facta ſunt: ⁊ ſine ipſo factum
eſt nichil. Sed ⁊ moyſes maximus
⁊ vetuſtiſſimus ꝓphetarū multis
ante ſeculis hec eadē ꝓteſtatur cū
celitus inſpiratus originē mūdi et
rerū initia de eo plenius aperiret
conditorē omniū patrē cum filio
myſticis ac ſacratis deſignat elo=
quiꝫs. Ait nāqꝫ. Et dicit deus. Fa=
ciam⁹ hominē ad ymaginē ⁊ ſimi=
litudinē noſtram. Sed ⁊ dauid an
tiquiſſim⁹ etiā ipſe licet moyſes po
ſterior ꝓphetarū dicit. Uerbo dn̄i
celi firmati ſunt: ⁊ ſpū oris eius om
nis virtus eorū. Et alio idem nichi
lominus deſignat oraculo de deo
dicens. Ipſe dixit ⁊ facta ſunt ipſe
mandauit ⁊ creata ſunt. In quib⁹
euidenter mandatis: perſonā pa=
tris ⁊ filiꝫ operantis expreſſit.

B ¶ Cum igitur his ⁊ aliꝫs quā=
plurimis vocibus ſparſim per di=

uina volumina creator omium cū patre filius declaretur ſuper eſt vt de his q̄ poſt conditionē mundi ꝓ hominū diſpenſatiōe trāſegit q̄ꝗ̄ poſſumus breuiter perſtringamꝰ. ¶ Multis quidem ⁊ antea pietate preditis viris aſtitiſſe et docuiſſe q̄ ad cultū diuinū pertinere videbā tur oſtēditur. Sed euidētius ⁊ familiarius abrahe atq̄ eius familie quātū fas erat deū hominibus innotuiſſe deſcribitur: ⁊ velut p̄ceptor quidā ac monitor illiꝰ extitiſſe ꝓ ſapie refertur. Deniq̄ in diuinis oraculis ſcriptum eſt: q̄ apparuit deus abrahe tanq̄ cōmunis aliq̄s hō ſedēti ad ilicē mambre. At ille exurgēs cū hominē videret: adorat: vt deum ⁊ veneratur: vt dn̄m Sed ⁊ ꝓprie vocis profeſſione p̄ſentiā ſe teſtatur non ignorare diuinā dicens. Dominator dn̄e q̄ iudicas omnē terrā: nonne facies iudiciū. Que vtiq̄ oīa non ad patrem ſed ad filium referenda poſterioris in carne diſpēſationis ratio plenius expleta deſignat. Et idē propheta dauid dicit de deo. Miſit ꝟbū ſuū ⁊ ſanauit eos: et liberauit eos de corruptionibꝰ eorum. Sed adhuc euidētius per Moyſem de eo q̄ dominus ſit ipſe cum domino diuina teſtātur eloquia cū dicit. Pluit dominꝰ ſuper ſodomā ⁊ gomorā ſulphur ⁊ ignē a domino. Eundēq̄ cū apparuiſſet Iacob deū eſſe eadem ſcriptura deſignat cū dicerat ad Iacob. Iā non vocabitur nomen tuū Iacob. Sed iſrael erit nomen tuum quia inualuiſti cum deo. Et paulo poſt dicit. Et vocauit inquit Iacob nomē loci illius viſio dei dicens. Uidi enim dominū facie ad faciē ⁊ ſalua facta eſt anima mea. Neq̄ enim eſt fas de aliquo angelorū vel celeſtium virtutū iſta ſentire. Nullum enim illorū ſi quando mortalibus ex celeſti precipiuntur adeſſe mandato dominū vel deum diuinꝰ ſermo ꝯmemorat. Hic etiā Ieſu ſucceſſori moyſi cū adſtitiſſet percunctanti q̄s eſſet reſpōſis euidētiſſimis deſignauit dicēs. Princeps militie virtutū dn̄i ego ſum. Cūq̄ his auditis adoraſſet famulus vt decebat. Solue inq̄t ad eū corrigiā calciamēti tui. Locus eīm in quo tu ſtas terra ſancta eſt. In quo conſideranda eſt preceptoris ſimilitudo q̄m non erat hic alius ab eo q̄ dixerat ad moyſen de rubo ignis dicēs. ne appropries huc. ſolue calciamēta de pedibus tuis. locus enim ī quo tu ſtas terra ſancta eſt. Et addidit dicēs. Ego ſum deus patrum tuorū deus abrahā: ⁊ deus yſaac. ⁊ deꝰ Iacob. Claruit igitur ex his omnibus q̄ verbum dei: ⁊ deus ⁊ dominꝰ ⁊ creator omnium cū patre filius deſignatꝰ eſt.

C ¶ Nunc vero etiam illud videamus quomodo et ſapientiam ſeculi ſubſtantialiter ſe exiſtere ꝑ idem ipſe in diuinis oſtendat oraculis per ſalomonem hec de ſemet ipſa ſapientia myſticis vocibus ꝓdens. Ego ſapientia in altiſſimis habitaui cōſiliū ⁊ ſciētiā ⁊ ſenſum ego īuocaui. Per me reges regnāt ⁊ potētes p me ſcribunt iuſticiam. Per me ꝓceres magnificātur ⁊ tyrāni per me obtinēt terrā. Et poſt aliquāta iterū dicit. Dn̄s creauit me initiū viarū ſuarū ī opera ſua āte ſecula fūdauit me in ītio p̄uſq̄ terrā faceret anteq̄ ꝓdirēt fontes aquarū priuſq̄ mōtes fundarent āte oēs aūt colles genuit me. Quādo preparabat celos aderam ei: ⁊ quādo firmos ponebat fontes ſub celo cū ipō erā cui adgaudebā q̄tidie. Letabar aūt corā ipō in omni

tempore quando letabatur orbe
perfecto. Ex quibus omnib⁹ fuiſſe
ab initio immo ⁊ ante omne quod
dici poteſt initiū ab ipſo patre ꝓge
nitam ſapientiam conſtat.
D ¶Quid aūt cauſe fuerit ꝙ nō
omnib⁹ paſſim ſicut nūc etiā antea
innotuerit ⁊ oēs ad eius fidem ac
ſciam peruenerint: exponemus.
Nōdū capere poterat perfectam
ſapiētiā xpiqꝫ doctrinā rudis ad=
huc mundus ⁊ peritie totius igna
rus. Deniqꝫ ſtatim in initijs cum
adhuc hi qui primi creati fuerant
homines in beatitudine degerent
mādato dei negligētia corrupto i
hanc vitā mortalē ⁊ fragilitati ob
noxiā deciderūt ac terre hui⁹ diui
na maledictione dānate habitacu
lum ꝓ paradiſi delitijs cōmutaue
runt. Jam vero q̄ ex huiuſcemodi
genitoribus per orbē terre diffuſi
ſunt: ferino magis ac beluino ritu
oberrantes non vrbes ad ſotieta
tē: nō mores ad honeſtatē non le=
ges ad vite iuſticiam tenuere. Ar
tiū vero diſciplinarūqꝫ apud eos ⁊
totius phie: ne ipm̄ q̄dē nomē ha=
bebat: ſed aggreſtes quidē ⁊ vagi
per deſerta nullis ſedib⁹ vagaban
tur. Si qua vero in ipſis boni ſemi
na naturaliter clemētia inoleue=
rāt ꝯditoris hec inculta ⁊ incōdita
relinquētes magis ad vſum mali
cie q̄m humani itineris ꝓcliuius
vergit ꝯferebāt. Ex quo accidit vt
nefarijs ſcelerib⁹ inter ſemetipſos
agētes nūc corrūperētur nūc etiā
interimerētur abinuicē vſqꝫ quo ꝓ
cedēte īmanitate etiā deuorarent
ab alterūtro. Hinc ille q̄ mūdo ſce=
leris fabulas reliqrūt theomachie
⁊ gigātomachie exorte ſunt: donec
nefarijs auſis vltio diuina nūc inū
datione diluuij nunc etiā popula=
tione ignei imbris obſiſteret ⁊ im

manitatem ſcelerum penarum va
rietate comprimeret.
E ¶Uerū q̄m creatori ſuo hu=
manū genus malicie morbo ⁊ ꝯta
gione corruptū emēdādū videbat
potius q̄ȝ delendū miſerat⁹ tūc ob=
ſcuratas per nequitiā mētes ⁊ te=
nebris cecitatis obſtructas ille ipſe
q̄ in principio erat apud deū deus
verbū ⁊ ſapiētia patris nūc ange
lorū ac miniſtrarū virtutū legatio
nibus vtit: nūc etiā ieffabili digna
tione ipſe adeſt et rarū ſicubi quē
dei ac iuſticie memorē reperit diui
nis reuelationibus monitis ſalu=
brioribus inſtructioue qua deū de
cebat reformare ac reuocare de te
nebris humanū nitit gen⁹/ non in
alia q̄ȝ hoīs ſpecie: qua ſolū hoīes
doceri aliquid ⁊ inſtrui ac iuuari
pſſit / donec paulatim gētē integrā q̄
hebreorū appellabat ad ſui cultū
venerationēqꝫ conuertit. Quibus
etiā vtpote adhuc rudib⁹ ⁊ cōtagio
ne vite prioris infectis: per moyſē
ꝓphetā typos ⁊ adumbrationem
diuini cult⁹ per ſabbata q̄dā my=
ſtica ⁊ circūciſionē corporis altius
aliq̄d in ſpū ſignificātem ceteraqꝫ
huiuſcemodi p̄cepta legalia velut
elementa ſacratioris olim future
eruditionis impreſſit. Que tū lex
cū velut initiū quoddā luminis mū
do huic effulſiſſet: ⁊ odoris ſui fla=
grātia mare ac terras lōge lateqꝫ
cōpleſſet: atqꝫ ex ipſa diuerſis in or
bis partibus nidorē quēdā prudē
tiores q̄qꝫ capiētes legiſlatores vt
philoſophi modeſta q̄qꝫ ⁊ verecun
diora p̄cepta atqꝫ honeſtatis ⁊ iu=
ſticie conſcientia: auditoribus ſuis
paulatim tradere atqꝫ inſinuare
cepiſſent: ⁊ aggreſtes ac feros ho=
minū mores ad decora atqꝫ hone=
ſta inſtituta reuocare: tūc amici=
tijs coire inter ſe viros ⁊ cōcordie

ſubire federa docuerunt. Tunc iurare ſe inuicē homines ⁊ vſum rerum diſcūt habere cōmunē: donec inſtituti prudentioris docilis humana mens ⁊ ſocietatis a diuicē patiēs redderetur: vt huiuſcemodi conſuetudinis ꝑluſione p̄miſſa apti iam ⁊ parati etiam ad diuina fierent inſtituta: patriſq; omnium dei ſcientie capaces exiſterēt.

F ¶In quo ipſe iterū omniū virtutū magiſter ipē ſermo ac ratio ⁊ verbum ac ſapientia dei: ipſe qui in initio cum patre creauerat hominem. ipſe inquā humane quoq; nature aſſumpta ſubſtantia ⁊ ſpecie forme ſeruilis indutus in nullo penit⁹ ab eo quod nos ſumus differēs tempore quo Romani imperij regnum nobilius latiuſq; conſurgere ipſe preſtiterat ingreſſus hunc mundum communi quidem nobiſcum naſcendi aditu: ſed nullo auctore patefacto ea egit ⁊ pertulit que de eo futura ꝓphete p̄dixerant. Uiri etenim diuinitus inſpirati hominē qui ſimul eſſet de⁹ aduentare huic mundo ⁊ doctorē omnium gentium paterne pietatis ac religionis futurum ſacroſanctis oraculis cecinerūt. Sed ⁊ mortis modum quo de hac vita diſcederet: vt que rurſum inuſitato more ad viuentes repedaret a mortuis ⁊ poſt hoc celum adiret vnde deſcenderat atq; ad deum rediret De quibus quāuis euidenter quā plurimi ſignificauerint prophetarum tamen vnius indicium Danielis ſcilicet quantum breuitatis neceſſitas indulget adhibeam. Dicit ergo de eo ita. Uidebam ecce ſedes poſite erant et vetuſtus dierum ſedebat et veſtimenta ei⁹ ſicut nix alba: ⁊ capill⁹ capitis ei⁹ ſicut lana munda: thronus eius flamma ignis rote eius ignis adurens. Fluuius igneus precurrebat ante eum iudicium poſitum eſt et libri aperti ſunt. Et poſt hoc videbam et ecce cum nubibus celi tanquā fili⁹ hominis veniebat ⁊ peruenit vſq; ad vetuſtum dierum et in conſpectu eius prolatus eſt. Et datus eſt ei principatus et honor ⁊ regnum: et omnes populi tribus ⁊ lingue ipſi ſeruiunt. Poteſtas eius poteſtas eterna que non tranſiet: et regnum eius non corrumpetur. Hec omnia manifeſtiſſime de nullo alio niſi de ſaluatore noſtro qui erat in principio apud deum de⁹ verbū dicta intelliguntur. Fili⁹ etē hominis propter hoc ꝙ in nouiſſimis temporibus in carne natus eſt dicitur: de quo latius ſi quis ſcire deſiderat in ſuis locis aſſertiones horum digeſſimus.

G ¶Nomen autem hoc quod dixim⁹ Chriſti quomodo etiam per prophetas olim fuerit adumbratum tempus eſt edocere. Primus ipſe moyſes volēs oſtendere quid venerationis in ſe nomen Chriſti et myſterij contineret: cum iuberetur typos et ymagines ſacramētorum celeſtium ſicut ei in monte fuerat oſtenſum in lege deſcribere: cūq; ritum conſtituendi pontificis traderet quantum mortalem docere fas erat eum quem ſupra omnes homines vt eſſet honore et meritis decernebat per vnguenti cuiuſdam myſtica ſacramēta chriſtum nominauit. Quo per hoc diſcerent hi per legem inſtituebantur: quia qui ſuper omnes homines honore et reuerentia habendus eſt. Chriſtus nominabatur. Sed et idem moyſes lōge per dei ſpiritum peruidens qui ſibi prepararetur ſucceſſor et prenoſcens ꝙ

his qui poſt ſe regnum ſuſciperet maioris ſacramenti miniſter exi= ſteret. Ieſum cognominauit eum qui prius naue parentum fuerat appellatione vocitatus. Sciens q̧ in huius vocabuli ſacramento maioris cuiuſdā glorie rex q̄s mortalis natura recipit poneret. Igi= tur ita per gemina appellationis indicia in altero pontificatus in altero regalis forme exprimuntur inſignia. Et Ieſus chriſt⁹ tanquā qui rex ⁊ pontifex eſſet pariter nominatur. vt neq̧ ī alio aliquid qđ ad religionem neq̧ quod ad poteſtatem pertinet deeſſe popul⁹ per p̄cedentia ſacramēta myſtice in= ſtitutus agnoſceret. Unde ⁊ ꝓphete acti diuino ſpiritu ſimul ⁊ impietatem iudeorum et gētilium in eo preuidebant ſalutem. Et tale aliqđ vnus ex ipſis cui Hieremias no= men eſt precinebat. Spiritus inqt vultus noſtri chriſtus dominus cōprehenſus eſt in corruptionib⁹ noſtris cui diximus in vmbra tua viuemus in gentibus. Sed ⁊ Dauid magnificus vates hoc de eodem memorat. Quare fremuerunt gētes: ⁊ populi meditati ſunt inania. Aſtiterunt reges terre et princi= pes conuenerunt in vnū aduerſus dominum ⁊ aduerſus chriſtū eius. Et paulopoſt ait ex perſona ipſi⁹ chriſti. Dominus dixit ad me fili⁹ meus es tu ego hodie genui te. Pete a me ⁊ dabo tibi gentes hereditatem tuam et poſſeſſionem tuam terminos terre.

h ¶ Non ſolum autem pontifi= ces vnguento chriſmatis apud hebreos conſecrabantur verum ⁊ reges: qui et ipſi quoniā diuinitatis nutu per prophetas ſacrato quo= dam chriſmate delibuti ſortiebantur ſceptra regalia imaginarij licet tamen ipſi xp̄i appellabant. Quo ſcilȝ etiam in ipſis celeſtis regis imago ac ſpecies ſeruaretur. Sed ⁊ in ꝓphetarū ordine inuenimus nonnullos ſimili modo vnguento chriſmatis cōſecratos miniſteriū diuinis eloquijs p̄buiſſe: ⁊ gnaros redditos futurorū. Ex quibus omnibus conſtat q̧ filius dei verbum ac ſapiētia patris: quia verus rex eſt omnium ſeculorum: ⁊ qȝ verus pontifex eſt futurorum bonorum ⁊ quia verus propheta eſt quippe qui inſpiret ⁊ repleat prophetias ideo vere chriſtus nominatus eſt. Cui⁹ nominis per eos quos ſupra enumerauimus pontifices ⁊ pro= phetas et reges typus et ymago preceſſerat. Uerum illi quoniam vt diximus ad breue tempus vite huius chriſti appellabantur ad ſolam veri chriſti ymaginem conſeruandam quāuis cōpoſitiōe quadā myſtica conſecrati olei tamen hu= ius que inter nos haberi ſolet materie ac liquoris vngebantur. Uerus autem hic qui de celis venerat ⁊ qui omnia qui p̄cedebant geſta fuerant xp̄s non humanis opibus queſita ſumit vnguenta: ſed nouo ac ſingulari modo paterno ſpiritu infuſus ⁊ vnct⁹ xp̄s efficitur: ſicut multis ante ſeculis de eo vates Eſayas p̄dixerat ex perſona ipſi⁹ chriſti dicēs. Spiritus domini ſup me propter quod vnxit me euāgelizare pauperibus miſit me p̄dicare captiuis remiſſionem ⁊ cecis viſum. Nec ſolū Eſayas diuinis hec predixit oraculis: ſed et Dauid ſi= militer inſpiratus teſtatur de xp̄o dicens ad ipſum chriſtum. Sedes tua deus in ſeculum ſeculi virga equitatis virga regni tui. Dilexiſti iuſticiam ⁊ odiſti iniquitatem: p= ptera vnxit te deus: de⁹ tuus oleo

leticie pre conſortibus tuis. In q̄=
bus verbis primo quidem eum eui
denter deum deſignat. Secundo
vero per equitatis virgā ſceptrū
in eo regale commemorat. Poſt ve
ro etiam qualiter chriſtus effect⁹
ſit indicat dicens: ꝙ vnctus ſit de⁹
a deo non oleo communi: ſed oleo
leticie. Nec ſicut participes ſui. i.
illi qui ī ymagine precesſerant: ſed
pre participibus ſuis. Oleum ve=
ro leticie in ſacris voluminib⁹ in=
tellectu myſtico ſpirituſſanctus de
ſignatur.
I ¶Sed et de pontificatu eius
Idem dauid alio in loco tale ali=
quid archanis ſignat eloquiis tā
quā ex perſona patris de filio pro
nunciantis. De ventre inquit an=
te luciferum genui te. Iurauit do=
minus et non penitebit eum / tu es
ſacerdos in eternum ſecundum or=
dinem melchiſedech. Hic autem
melchiſedech in diuinis volumi=
nibus ſacerdos fuiſſe ſummi dei
refertur: ſed qui non oleo commu=
ni perunctus ſit: neq̄ qui ex ſucceſ
ſione generis ſuſceperit ſacerdo=
tium ſicut apud hebreos fieri mos
erat. Et ideo: ſecundum ordinem
ipſius ſacerdos futurus dicitur
Chriſtus qui non olei liquore: ſed
virtute celeſtis ſpiritus conſecre=
tur. Idcirco deniq̄ cū multi apud
hebreos oleo in hoc ipſum ſolen=
niter conſecrato vncti ſint Chriſti
et ſiue reges: ſiue prophete: ſiue
etiam pontifices per hoc fuerint
inſtituti nullus tamen ipſorum vel
genti vel diſcipulis aut ſectatori=
bus ex ſuo vocabulo nomen dare
potuit ⁊ appellare diſcipulos chri
ſtianos niſi hic ſolus qui verus eſt
chriſtus ⁊ non oleo humano ſed pa
terno ſpiritu perunctus. Hic ſecta=
torum ſuorum populos et vniuer=
ſam per totum mundum ſui nomi
nis gentem ex veri chriſti vocabu
lo appellari fecit perhenni nomi
ne chriſtianos.
K ¶Si igitur vnde genus du=
cat chriſtus requiris et eius aucto
rem rimaris qui auctor eſt omni
audi quid oracula diuina per da=
uid magnificentiſſimum vatem ex
perſona ipſius ſummi patris lo=
quantur. Sicut et paulo ſuperius
memorauimus. De ventre inqui
ante luciferū genui te. Et quāuis
ventris appellatio in eo qui recte
incorporeus creditur cōuenire mi
nime videatur: tamen tropicis ac
myſticis legibus hoc eſt quod indi
catur ꝙ non extrinſecus ⁊ aliunde
ſubſtituerit filium pater: ſed ex ſe
metipſo: ac ſi dici poteſt de interio
ribus ſuis: vt hoc ipſum ſit ille qui
natus eſt quod eſt ille qui genuit: ⁊
ne adoptionis lege extrinſecus vi
deatur aſſumptus ſed quātum ap
pellatio ventris intelligi ſuggerit
ſalua reuerentia incorporalitatis
intrinſecus editus deſignetur veri
tate nature ꝙ vero ait ante luci=
ferum ante mūdi ⁊ ante toti⁹ crea
ture deſignat initium.
L ¶Diſtinctio ſane inter verum
chriſtum et ymaginarios illos qui
prius precesſerant que habeatur
euidens in hoc indicium datur: q
illi priores Chriſti nulli pene: ni ſ
genti proprie / cogniti ſunt. Huius
autem veri chriſti non ſolum no=
men: ſed et poteſtas et regnū per
omnes nationes et per vniuerſum
orbem terre diffuſum: non ſola co
gnitione vocabuli: ſed et diuinita
tis cultu ac religionis reuerentia
conſecratum eſt. In omni namq̄
terra tāquā verbum ⁊ ſapiētia pa
tris: tanq̄ deus ⁊ domin⁹ chriſtus
Jeſus colit̄ et adorat̄: ſicut diuin

[d]e eo pnunciauit eloquiũ dicens. Quia nomine Jeſu omne genu fle[c]tat celeſtiũ terreſtrium ꝛ inferno[r]um. Et omnis lingua confitebit. [Q]uoniam dominus Jeſus in gloria [e]ſt dei patris. Unde non ſolum po[t]eſtas eius et regnum: ſed et affe[c]tus et amor tantus de eo creden[t]ium mentibus inoleuit: vt etiam [a]nimas ponere pro nomine eius ꝛ [c]eruices ſuas perſecutorum gla[d]ijs non moreantur obijcere: dum[m]odo ſacroſancta apud eos no[m]inis eius fides et reuerentia cõ[ſ]eruetur. ¶ Nec interim nobis ne[c]eſſario narrationem rerum pre[t]eſſerint quã perſequi inſtitutius [i]n quibus oſtẽdetur nomen chriſti Jeſu domini ac ſaluatoris noſtri [n]on nouelle appellationis alicui⁹: [a]ut ex carnali natiuitate: ſꝫ a deo [i]pſo originem ducere.

[Q] ¶ Quod autẽ recentis voca[b]uli chriſtianorũ gens videt ꝛ rit⁹ [o]bſeruantie eius nuper exort⁹ qd [e]tiam hec ipſa nouitas in ſe vetu[ſ]tatis contineat oſtendemus. An[t]iquiſſimũ p̄e omnibus fere genti[b]us hebreorum genus haberi pu[t]o ꝙ nulli videatur dubitandum ꝛ [q]ꝙ apud ipſam gentem ſecretior q[u]iam religionis cultus ꝛ obſeruan[t]ia diuinis mandata voluminib⁹ [c]ontineatur. In quibus etiam de [n]õnullis iuſticia ꝛ pietate preditis [v]iris refertur: quibuſdam quidem [q]ui ꝛ ante diluuiũ fuerunt alijs au[t]ẽ ꝛ poſt diluuiũ. In quibus de noe [a]tqꝫ eius filijs omniũqꝫ proſapia [ſ]cribit ꝛ vſqꝫ ad abrahã ꝓtenditur [q]uẽ parẽtẽ gentis hebreorũ ꝯſtat [e]xiſtere. Omnes ergo illos qui ad [a]brahã ſurſum verſus vſqꝫ ad pri[mũ] hominem generationis ordine [d]ſcribũtur etſi non nomine rebus [t]amen ꝛ religione chriſtianos fu-iſſe ſi quis dicat non michi videtur errare. Cũ enim nomen chriſtiani hoc indicet ꝙ xp̄o quis credẽs per eius doctrinã fidẽ pietatẽ ac iuſti-ciã teneat ꝛ ſtudijs diuine hereat ſapiẽtie atqꝫ oẽ qđ ad vtutẽ perti-net exequat. Si inqꝫ hec ſunt que a vocabulo chriſtiani nois inducã-tur ꝛ vere eũ religionis ſecta totẽ deſignant. hoc erãt etiã illi ſancti de quibus ſupra dixim⁹ viri quod xp̄iani nunc eſſe profitentur. Neqꝫ enĩ aut corporalis eius inerat cir-cũciſio aut obſeruatio ſabbati: ſi-cut nec nobis quidẽ. aut vlla de ci-borum obſeruatione religio. vel ce-tera q̃ poſterioib⁹ per moyſen fi-guraliter magis ꝛ myſticie obſer-uãda tradũtur. Cũ igit abſqꝫ his omnib⁹ obſeruationib⁹ fuerint reli-gioſi illi quorũ ſupra memorauı-mus viri ſecuti ſũt ſint fidẽ ei⁹ quẽ nos nũc ſeqmur xp̄i quẽ frequẽter apparuiſſe eis et docuiſſe vel no-uiſſe ea q̃ ad fidẽ ꝛ pietatẽ ꝑtinẽt i ſuperiorib⁹ approbauimus: quo-modo dubitabitur ab illis cepiſſe ꝛ ab illis eſſe deductam huius gen-tis originẽ: qui et eundem dominũ auctorem et ducem vite ſequeban-tur ꝛ in ſimili religionis obſeruan-tia perſiſtebant. Intantum deniqꝫ hec in illis ꝑmiſſa ꝛ ꝑformata reli-gio eſt: vt ne ipſo quidem nomine qđ certe ſolũ differẽtiam facere vi-detur habeant alieni. Sed ꝛ ip̄os iam tũc nõ xp̄ianos: ſed xp̄os eſſe appellatos diuina teſtãt eloquia. Dicitur enim de illis ex perſona dei ad alienigenas gentes. Nolite tãgere xp̄os meos: ꝛ in prophetis meis nolite malignari. hec cũ de abraham: et de illis qui per illud tẽpus ad dei cultũ pertinebant di-cta referant: euidentiſſime ꝛ luce clari⁹ in ipſis ꝛ ãn ipſos chriſtiano

rum genus iam tūc fuiſſe ⁊ omnē
tenuiſſe pietatis ac religionis ob=
ſeruantiam deſignantur: quā nūc
per aduentum carnalis preſentie
chriſti per oēs gentes ꝯmunicatā
⁊ omnibus impartitam nationib⁹
conſtat. Quo ſapientie pietatiſq;
theſaurus qui velit intra anguſtū
conclaue proꝛatis quibuſq; culto=
ribus tenebatur vniuerſum mun=
dum fidei ac religionis profuſione
ditaret: ⁊ quod prius viritim pre=
bebatur. nunc ſimul ⁊ ſubito genti
bus integris ⁊ populis ac nationi=
bus īgeraꝛ. Quod ita futurū diui=
na īſpiratione ꝓſpiciens quidā exi
mius ꝓphetarū ſtupoꝛe mentis at
tonitus/cum admiratione excla=
mat ⁊ dicit. Quis audiuit talia: et
quis locutus eſt ita. Si peperit ter
ra in vna die: et ſi genita eſt gens
de ſemel. Et ita in alio loco de his
ipſis: ꝙ ſermo diuinus gentē par=
turiendā eſſe predixerat ꝓſtaꝛ ⁊
dicit. Eis autē qui ſeruient michi vo
cabiꝛ nomen nouuꝫ. quod benedi=
ceꝛ ſuper terras. Quod autem ita
nouū nomen quod chriſtianoꝝ vo
cabulū gentibus datum eſt. Nouū
autem dicit nomen nuper diſper=
ſum/non nuper inuentum.

¶ Uerum ⁊ hoc ipſum ita futu
rum: ⁊ hanc benedictionem nomi
nis ac fidei oībus eſſe gentib⁹ lar=
giendā. nequaq; diuina oracula ſi
luerūt. De ipſo nāq; abraham dū
adhuc eſſet in preputio conſtitut⁹:
dicit ſermo diuinus. Credidit abra
ham deo ⁊ reputatū eſt ei ad iuſti
ciam: et amicus dei appellatus eſt.
Crediſſe ergo refertur ei. Quē
apparuiſſe frequenter: et inſtruxiſ
ſe eum que ad pietatem ⁊ religio=
nem pertinent: ſupra edocuimus.
Chriſto ſcilicet per quē omnia con
ſtare que geſta ſunt et gerenda ſe
pe probatum eſt. A quo etiā ad ip
ſum Abraham reſponſa huiuſmo=
di deferuntur. Et benedicentur in
quit in te omnes tribus terre: ⁊ ite
rum. Faciam te in gentē magnā
⁊ multam ⁊ benedicentur in te om
nes gētes terre. In quo euidenter
exprimitur ꝙ ille cultus atq; illa ſ
dei gratia: que tūc Abrahe ⁊ pau
cis illis qui ad id temporis fide e
pietate inſignes erant: concedeba
tur. poſtmodum per omnes gen
tes ac per omnes terras: eſſet be
nedictionis titulo per diuinā gra
tiam largienda. Certū nāq; eſt q
ſicut ille credens ei qui ſibi appa=
ruit iuſtificatus eſt: ⁊ paternis ſu
perſtitionibus repudiatis ac ſpre=
tis: dei veri precepta: fide atq; ope
ribus executus eſt: ⁊ per hoc ei di=
citur: quia benedicentur in te om=
nes tribus et gentes terre. Ita et
chriſtiani fide atq; operib⁹ id agūt
vt paterne ſupſtitionis erroꝛe de=
pulſo; ſequantur deum quem ſecu=
tus eſt abraham: vt ex ſimili fide
eius viuificentur: ſicut viuificatus
eſt Abraham. Quid igitur obſtat:
vt non vna atq; eadem religionis
obſeruantia deputetur in his ī qui=
bus vnam atq; eandem fidei atq;
operum eſſe conſiſtit formam. ⁊ id
non nouella atq; pegrina eſt chri=
ſtianoꝝ religio et nuper exhoꝛta.
Sed ſi fas eſt libere iudicare quod
verū eſt: prima olim atq; ab ipſa ſi
mul mūdi oꝛigine ac natiuitate de
ſcendens: eodem chriſto deo docto
re ⁊ inſtitutoꝛe iam inde ab initio
ſpeciem formamq; ſuſcipiens. Et
de his quidem iſta ſufficiant.

¶ Uerū poſteaq; conſequenter ea
que hiſtoricam narrationē debue
rant anteire premiſimus: ſupereſt
iam vt ⁊ a coꝛpali pñtia dñi ⁊ ſal=
uatoris nr̄i: ⁊ de his q̄ deinceps ge=

ſta ſunt velut itineris noſtri aggrediamur exordiũ. Ipm oĩpotentẽ verbi pr̃eum deũ ſʒ ⁊ ipm cuius res gerit̃ Jeſum xp̃m dñm ac ſaluatorẽ nr̃m celeſte dei verbuʒ adiutoriuʒ ⁊ auctorem narrationis nr̃e precibus inuocantes.

¶ Capitulum .ij. de tempore natiuitatis chriſti ſm carnem.

Agitur ſecundo ⁊ quadrageſimo imperij ceſaris auguſti ãno ab egypto vo ſubiugata: et Antonij ⁊ Cleopatre interitu. ĩ quẽ nouiſſima ptolomeoiũ apd̃ egyptũ regna ceciderũt. Octauo ⁊ viceſimo anno dñs ⁊ ſaluator noſter Jeſus xp̃s. p̃ma aſcriptione cenſus Cyrino ſyrie p̃ſidẽte: ſm ordinẽ totius p̃phetie q̃ de ipſo p̃dicta eſt in bethleẽ iude oppido naſcit̃. Hunc ſũt cyrini tẽporib⁹ habitũ cẽſum etiã ioſeph⁹ illuſtris hebreorũ hyſtoriograph⁹ memorat annectẽs huic narrationi: etiã gallileorũ here ſeʒ hiſdẽ exortã eſſe tẽporibus. De qua apud nos Lucas in actibus apoſtolorũ meminit his verbis.

¶ Cap. iij. de Juda galileo ⁊ theoda.

Poſt hũc inſurrexit iudas galileus in dieb⁹ conſcriptionis cenſus: ⁊ auertit populũ poſt ſe: ſed ⁊ ipſe periit ⁊ oẽs qui credebãt ei diſpſi ſunt. De his autẽ ipſis ioſephus de quo ſupra diximus in hyſtoria ſua octauodecimo antiquitatum libro hoc modo memorat. Cyrinus aũt vir vnus ex conſenſu curie Romane p ſingulos magiſtratus: vſq ad gradum conſulat⁹ aſcendẽs. inter cetera quoq honorabilis cũ paucis ſyriã venit: a Ceſare ius dare gentibus miſſus: ⁊ cenſor ſimul patrimoniorũ mitur⁹. Et poſt pauca ait. Judas vero gaulanites vir de ciuitate gamala: ſed duchũ quendã phariſeũ aſſumẽs magnopere videbat̃ ſollicitare plebẽ: aſſerẽs eis q aſcriptio cẽſus: nihil aliud q̃ aptiſſimã iponeret ſeruitutẽ. Simul q hortabat̃ gentẽ ſuã: ne pderet libertatẽ. Sʒ ⁊ in ſecũda hyſtoria iudaici belli de hoc ipſo hic ſcribit. Quo in tẽpore inquit vir quidã galile⁹ iudas noĩe ad diſſentionẽ populos cogebat: peſſimũ fore eis pſuadẽs: ſi acqeſcerẽt ſoluere tributa romanis ⁊ poſt deũ mortalẽ ſuſciperẽt dñatum. Hec ioſephus.

¶ Capitulũ .iiij. de herode qui ex alienigenis venit ad regnum.

Ex ideʒ tp̃s herodes prim⁹ ex alienigenarũ genere ortus: regnũ iudaice gẽtis obtinuit. Et ipſo pplet̃ p̃phetia quã moyſes ãn predixerat. q nõ deficeret p̃nceps ex iuda: neq dux de femorib⁹ ei⁹ vſq quo veniret cui repoſitum eſt. A ¶ De quo etiã idẽ p̃nũciat moyſes q ⁊ ip̃e ſit expectatio gẽtiũ imp̃fect⁹ nãq p̃ſagij huius pẽdebat euentus donec ſub p̃pe gentis p̃ncipibus regerent̃. Qui incipientis ab ipſo moyſe qui hec p̃dixerat vſq ad auguſti imperiũ pdurarunt: quo in tp̃e prim⁹ vt ſupra dixi herodes externi gñis vir: a romanis iudeorũ ſuſcepit principatum. B ¶ Qui herodes ſm ea quidẽ que ioſeph⁹ tradit, ex idumeorum

gente paternũ genꝰ. ex Arabũ vero materni ſanguinis originẽ ducebat. Affricanꝰ aũt: qui ⁊ ipſe precipuus in hyſtoriographis habet: aiunt/inquit/qui de eo diligentius explorarũt: antipatrẽ quendam patrem eſſe herodis aſcalonite: q et ipſe fuerit. herodis cuiuſdam filius templi. Apollinis editui. hic antipater ab idumeis latronibus captus: admodum puer permanſit cum predonibus: pro eo q pater eiꝰ rei familiaris inopia filiũ redimere non valeret. Verũ puer latronũ vita et moribus inſtitutus poſtmodũ hircano cuidã iudeorũ põtifici familiarẽ efficit. ex quo nascitur herodes hic: qui ſaluatoris tẽporibus fuit. hec Affricanus.

¶Capitulũ. v. q herodis tẽpore interrupta ſit regnũ ſucceſſio ſm danielis prophetiam. A

Igitur cũ in holem externe gentis iudeorũ deueniſſet imperiũ: iminebat ſine dubio etiã illa ppheticis pdicta vocibꝰ expectatio gentiũ. Quippe cum defeciſſent apud eos ab origine ipſius moyſi ſceptra principum regumq ſucceſſio. Prius enĩ q in captiuitatem Babilonie ducerent: regnauit apud eos Saul primꝰ: et inde dauid. Nam ante reges a iudicibꝰ regebantur: qui poſt moyſem ⁊ Jeſum ſucceſſorem eius: gentis illius tenuerant principatum. Poſt reditum vero de Babilonia non defuere eis gubernacula diſciplinis optimis ſtituta. Per pon tifices etenĩ rerũ ſumma gerebatur donec Pompeiꝰ ⁊ romanorum magiſtratꝰ aduenĩẽs hieroſolimã: vrbẽ quidem romanis armis oppugnaret et caperet. Sancta vero et ſacratiſſima queq templi pollueret ita vt ne ab ipſis quidem abditis ingreſſum temperaret hoſtilem. Cum vero qui per auiam ſucceſſionem p idem tẽpus regno ſimul ⁊ pontificio fungebat Ariſtobolũ nomine vinctũ cũ liberis romã miſit. hircano fratri eius pontificatũ relinquens. omnem vero iudeorũ gentẽ ex illo tempore tributariam/romano fecit imperio.

B ¶Sed hircano in quem vltimum iudeorũ gentis pontificatus fuerat deuolutus a parthis capto: primꝰ ſicut ſupra dixi externi generis vir herodes p ſenatus conſultũ Auguſto imperante. iudeorũ gentis adipiſcitur gubernacula. Sub quo imminẽte iam ſaluatoris aduentu. etiã ſalus gentium et vocatio ex peccata: ſm ea que prophete predixerãt conſecuta eſt. Ex quo vtiq tempore interrupta ſucceſſionis ſerie ducum vel principum. qui de iude femoribus deſcendebant. Conſequenti ratione ordo quoq ſacerdotii ab auis ⁊ p auis indeclinabiliter currens repente confundit. habes et de his idoneum teſtem ipſum Joſephum qui indicat herodem poſtq regnũ ſibi iudeorũ a romanis pceſſum eſt non iam ſm gñis ordinẽ conſtituiſſe pontifices ſed ignobilibus quibuſq ſacerdotia pmiſiſſe. Similia quoq in ſacerdotibus ordinandis egiſſe etiam ſucceſſorem eius archelauum refert. Poſtq iudeorum imperium dicit recepiſſe Romanos. Idem ipſe Joſephus indicat q etiam ſacram veſtem pontificis ſummi herodes occluſam ſub ſignaculo ſuo tenuerit: nec vnq põtificibus vſum eius ⁊ poteſtatem pmiſerit. hoc idem ⁊ ſucceſſor eiꝰ archelaus. hinc et Romani mora

poſt ipſos pontificalis iniurie te=
nuere. Hec autem dicta ſint nobis
approbare volentibus veritatem.
ꝓphetie que in aduentu dñi noſtri
et ſaluatoris impleta eſt. Sed et
apud Danielem ꝓphetam euidē=
ter numerꝰ ſeptimanarũ: qui vſq
ad chriſtũ ducē futurus deſignat
impletus eſt. De quibus in aliis lo
cis expoſuimus. Poſt quarũ ſepti=
manarũ ꝯſũmationem abolendū
eſſe chriſma: quod apud iudeos ſa
cratiſſimum ſeruabatur: idem pro
pheta deſignat. Quod quidē ma
nifeſtiſſime eoipſo tēpore quo dñs
noſter Ieſus chriſtus aduenit: pro=
batur impletum. Hec autē a nobis
perneceſſario relata ad oſtenden
dam veritatē temporũ teneantur.

¶ Capitulũ. vi. de diuerſitate gña
tionũ a matheo ꝛ luca ꝯſcripta et
que de his refert affricanus.

Verū quo=
niam de generationi
bus xpi varie nobis
Matheus et Lucas
euangeliſte tradide=
runt: ꝛ contraria ſibi a quampluri
mis dicere putantur. In quo etiā
nonnulli fidelium: veritatis igno=
rantia: commenta quedam ꝓ ſuis
quiſq opinationibus conanť ad=
hibere: etiam de hoc hiſtoriam que
a nos vſq deducta eſt in medium
proferamus.

A ¶ Affricanus cuius ſuperius
fecimus mētionem: ſcribēs ad ari=
ſtidem quedā de euangeliorum cō
ſonantia: et de genealogiis que a
Matheo ꝛ Luca diuerſe referun=
tur: ceterorum quidem opiniones
ꝓcul a veritate dei errantes coar
guit. Ipſe autem hiſtoriam quam
cõpererat: in his ipſis protulit ver
bis. Apud gentem inquit iſrael:
generationum nomina: nunc ſecū
dum nature nunc etiam ſecundum
legis ordinem numerantur. Natu
re quidem ſucceſſiones habentur
que ex ſeminis vel ſanguinis veri
tate deſcendunt. Legis autē quis
filius alio generante ſubſtituitur.
ſub nomine fratris defuncti ſine li=
beris. Cum eñ reſurrectionis in=
ter eos ſpes necdū fuiſſet accepta
per hec reſurrectionis quandam
imitabanť imaginē: vti ne nomen
generis vitio ſterilitatis aboleret.
Cũ ꝙ huiuſcemodi apud eos gene
rationum ordines ſeruarentur: vt
quidam ex ipſo germine: quidā ex
ſubſtitutione ab aliis gñati aliis
filii legis beneficio deputarentur
a ſingulis euangeliſtarū vtriuſq
modi commemorata ſucceſſio eſt.
Id eſt vt alter eorum eum qui ge=
nuiſſet: alter vero eū qui quaſi ge
nuiſſe videretur exponeret. Et ita
fit. vt neutrum euangelium men=
tiatur: dum aliud nature ordinem
aliud vero legis exequitur. Recō
iūctū namq ſibi eſt inuicem genꝰ.
et illud quod per Salomonem ꝛ il
lud quod per natham deducitur:
per legales ſubſtitutiones que fie
bant his qui ſine liberis decede=
bant: et per ſecundas nichilominꝰ
nuptias: quibus vnus atq idem
aliis parentibus progenitꝰ: aliorū
eſſe filius videbatur. Et ita fit: vt
vtraq narratio generationū vſq
ad Ioſeph veriſſimis lineis dedu=
catur. diuerſo quidem ſed ſatis ex
plorato ordine ſignata.

B ¶ Ut autē clarius fiat qđ di
citur: ipſas generationū ꝯſequen=
tias enarrabimꝰ. A dauid per ſa
lomonem generatio quā dinume=
rat Matheus: tertium a fine facit

mathan et genuiſſe iacob patr[em] ioſeph. Per nathan vero de dauid lucas generationum ordinem te=nens: tertiũ nichilominꝰ eiuſdem loci facit melchi. Dixit enĩ: ioſeph qui fuit heli/ qui fuit melchi. No=bis ergo iminet oſtẽdere quõ ioſeph qui dicit̃ ſcd̃m matheũ quidem pa=trem habuiſſe iacob q̃ deducit̃ per ſalomonem: ſcd̃m lucam vero heli q̃ deducitur p nathan. Atq3 iſti ipſi id eſt iacob ⁊ heli qui erãt duo fra=tres habentes alius quidẽ nathã alius aũt melchi patrem ex diuer=ſo gñe venictes: etiam iſti ioſeph aui eſſe videãt̃. Eſt ergo modꝰ iſte mathã ⁊ melchi diuerſis tempori=bus de vna eademq3 vxore ẽ ano=mine/ ſingulos filios procrearunt quia mathã qui per ſalomonẽ de=ſcendit vxorem eam primus acce=perat. et relicto vno filio iacob no=mine defunctus eſt. Poſt cuius obi=tum/ q̃m lex viduam alij viro non vetat nubere/ melchi qui per na=tham genus ducit cum eſſet ex ea=dem tribu. ſed non ex eodem gene=re relictã mathan accepit vxorẽ: ex qua ipſe ſuſcepit filiũ noĩe heli per quod ex diuerſo patru3 gene=re efficiunt̃ iacob ⁊ heli vterini fra=tres: quoꝝ alter. id ẽ iacob fratris heli ſine liberis defuncti vxorem ex mandato legis accipiẽs genuit ioſeph: natura quidem germinis ſuum filiu3: propter quod ⁊ ſcribi=tur. Jacob autem genuit ioſeph ſe=cundũ vero legis preceptũ heli effi=citur filius: cuius iacob. quia fra=ter erat. vxorẽ ad ſuſcitandũ fra=tris ſemẽ acceperat. Et p hoc ra=ta inuenit̃ atq3 ĩtegra gñatio: ⁊ ea quã matheꝰ enumerat dicens. Ja=cob aũt genuit ioſeph. et ea quam lucas competẽti obſeruatione de=ſignat dicens: qui putabatur eſſe filius Joſeph: qui fuit Jacob. Qui et ipſe ſubſonante eadẽ diſtinctio=ne: heli eſſe filius putabatur q̃ fue=rat melchi: quia legalẽ hãc ſucceſ=ſionẽ que velut adoptione quadã erga defunctos ↄſtat magiſq3 ger=minus veritatẽ ↄpetenti ſatis per hoc deſignauit iudicio: obſeruans euangeliſta: ne oĩno in huiuſcemo=di ſucceſſionibus genuiſſe aliquem nominaret: per quod digna diſtin=ctione non deſcendens: ſed aſcen=dens vſq3 ad Adã: ⁊ ad ipſum vſq3 peruenit dominum.

¶ Hec autem non nobis ad ſu=bitum reperta: aut abſq3 vllis au=toribus ↄmẽtata ſunt: ſed ipſi hic ſaluatoris noſtri ſcd̃m carnẽ pro=pinqui ſeu ſtudio tanti ſeminis de=monſtrandi/ ſeu edocendi que ſecũ=dum veritatem geſta ſunt tradide=runt. Addentes etiã hoc: q̃ cũ idu=mei latrones aſcalonitate ciuitatẽ irruentes: ⁊ de appollinis tẽplo q̃d muro vrbis adherebat cum cete=ris ſpolijs etiam antipatrem hero=dis cuiuſdam editui filiu3 captiuũ diripuiſſent. accidiſſe poſtmodu3: vt ad amicitias hircani pontificis antipater perueniret. Cuius princi=patum q̃ in quamplurimis iuuiſ=ſet: defuncto eodem hircano hero=di filio ſuo a romanis per ambitio=nem regnum iudee acceperit. Ue=rum hec ⁊ in alijs grecorum hyſto=rijs deſignãtur. Sed illud precipue ſupradicti viri memorie tradide=runt: q̃ per idem tẽpus omnes he=breorum generationes deſcripte/ in archiuis templi ſecretioribꝰ ha=bebantur. Jn quibus etiam alie=nigenarum quorũq3 cõtinebantur origines: ſicut Achior ex amanitis et Ruth ex Moabitidis: alij etiam ex egypto qui dicuntur iſrahelitis eſſe cõmixti. Uerũ herodes cũ ſum

mam poteſtatem teneret: videns q huiuſcemodi generis indicia ſi permanerent obfuſcationis ſibi plurimũ quererent: ignobilitatis ſue conſcientia exagitatus. omnes libros in quibus cõſcriptio generis habebatur: iuſſit incẽdi exiſtimãs ſe nobilem videri poſſe. ſi nouitius eē z aduena iſraelitici generis nullis conſcriptionum faſtibus vrgeretur. Uerum fuere tum pauci diligẽtes z ſtudioſi viri. qui vel deſcriptos ex parte aliqua huiuſcemodi libros domi haberent vel etiam memoriter aulce ordinẽ proſapie retinerent. Precipue quos de miſſa a proauis nobilitas cõualebat. Ex quibus fuerunt et ij quos paulo ante memorauim⁹ deſpoſyneo ideſt heriles vel dominici appellati propter propinquitatem generis chriſti qui z nazarei fuerunt ex vico cochaba iudeorum. quiq per omnem regionem circũeuntes: ordinẽ ſupradicte generationis partim memoriter partim etiam ex dierum libris inquantum erat poſſibile perdocebant. Quibus ita a nobis inquãtum diligentia potuit perſcrutatis euidentiſſime euãgeliorũ per hoc veritas declaratur. Hec ſunt que ab africano deducimus. Hoc itaq modo i Joſeph patrum generatione deducta dubitari iam non poteſt de Maria qui eiuſdem generis atq eiuſdem tribus extiterit. Si qui lem ſecundũ legem moyſi non licebat in diuerſis tribus nuptias permiſceri: ſed vt ex eodem populo atq ex eadẽ familia innupta precipitur copulari. vt ne permixtione cõiugij. etiã ſors hereditatis deducatur indubium et de alia tribu cõtra fas ad aliam transferatur. ſed de his ſatis dictum eſt.

Capitulum. vij. de nece infantium apud Bethleem et magorum preſentia.

nis ſi quis velit comparare para
tus adueneit: et ſalutaris predica-
tionis verbo primus in vrbe roma
euangelij ſui clauibus ianuam re
gni celeſtis aperuit.

Ca.xv. de euãgelio. ſcd̃m Marcũ.

Igitur cum romane vrbi clarum verbi dei lumen fuiſſet exortum ſymonis quidẽ tenebre cum ſuo auctore reſtincte ſunt. Sermo autem veritatis et lucis qui per petrum predicabatur vniuerſorum mẽtes placido illuſtrauit auditu: ita vt quotidie audientibus eum nulla vnq̃ ſacietas fieret. vnde neq̃ auditio eis ſola ſuffecit: ſed marcum diſcipulum eius omnibus p̃cibus exorant: vti ea que verbo predicabat ad perpetuam eorum cõmotionẽ habendam ſcriptu retraderet: quo domi foriſq̃ in huiuſcemodi verbi meditationibꝰ permanerent. Nec priꝰ ab obſecrando deſiſtunt q̃ q̃d orauerant ĩpetrarent. Et hec fuit cauſa ſcribendi quod ſcd̃m marcuꝫ dicitur euãgeliũ. Petrus vero vt per ſpiritum ſanctum religioſe ſe ſpoliatum cõperit furto delectatus eſt: fidem eorum per hãc deuotionem conſiderans: factumq̃ confirmauit et in perpetuum legendam ſcripturã eccleſiis tradidit. Clemẽs diſputationũ libro / hec ita geſta eſſe deſcribit. cuiq̃ ſimile dat teſtimonium hierapolites epiſcopꝰ nomine papias qui et hoc dicit: q̃ petrus in prima epiſtola ſua quam de vrbe roma ſcribit meminerit marci. In qua tropice romam babiloniã nominauerit cum dicit ſalutat vos ea que in babilone electa eſt eccleſia et marcus filius meus.

¶ Capl'm.xvi. vt prius marcꝰ egyptũ chriſti notitiã predicauit.

Hunc autẽ marcum tradunt primũ ad egyptũ prexiſſe atq̃ inibi euãgelium quod ipſe conſcripſerat predicaſſe et ipſum primum eccleſias apud alexandriam conſtituiſſe. Tanta autem refertur multitudo credentiũ virorum ac mulierũ primo ingreſſu exemplo ſobrietatis eius et continentie congregata: vt etiam conuerſatio eorum qui per ipſum crediderant et vita totius abſtinẽtie ac frugi eorum ſobriaq̃ conuiuia librorum memorie mandarentur a viro diſertiſſimo filone: quem ſermo tenet temporibus Claudii imperatoris romam veniſſe et petrũ apoſtolum vidiſſe atq̃ eius adheſiſſe colloquiis verbum dei predicãtis. Quod valde eſt veriſimile quia et ſcripturam iſtam quam diximꝰ poſterioribus ab eo temporibꝰ cõſtat cõpoſitam eſſe. In qua euidentiſſime oĩa eccleſie inſtituta cõplectitur que et tunc tradita ſunt et in hodiernum ſeruantur a nobis. Sꝫ et abſtinentium vitas eorum dẽtaxat qui nunc in eccleſiis et monaſteriis degunt deſcribit ad liquidum. Ũn plane manifeſtiſſime ꝓdit nõ ſolum ſciens que noſtra ſunt ſed et amplectens. Quippe qui diuinis laudibꝰ extulit ſui temporis apoſtolicos viros ex hebreorum cetu ut intelligi datur p̃cipue genere credentes: quoniam quidem cõſtat q̃ hi qui ſub apoſtolis ex iſrahelitis credebãt. Judaicis adhuc inſtitutionibus et legis obſeruationibus inherebant.

¶ Capl'm.xvii. qualia de abſtinentibus apud egyptum filo ſcribit.

Hic igitur deſcribens hec in libello quẽ de vita theorica vel ſupplicum articulauit nihil omnino vel de proprio vel extrinſecus addidit. ſed primo omniũ viros ipſos cultores et feminas cum ipſis ait cul-

trices appellari.

A ¶ Cauſam vero huius voca buli vel ex eo ductã ꝙ ꝯuenientiũ ad ſe aĩas tãꝗ rudes ꝛ aggreſtes excolerent vel ꝙ erga dei cultũ pu ra ꝛ integra cõſcientia ꝑdurarent quod nomen ſiue ipſe impoſuit pri mis illis ex ipſoꝝ actibus colligẽs ſiue vero iniquus ita appellabantur qui ſecundũ euangelium viuebant anteꝗ chriſtianorum appellatio per omnẽ locum diffunderet intereſt dum modo ex ipſis rebus nomen ad quos pertineat ꝓprobetur. Dixit ergo primo oĩm ꝙ renũciẽt cunctis facultatibus ſuis qui ſe ad huiuſcemodi phĩam dederit ꝛ bonis ſuis quibꝰ intereſt credãt. Tum deinde ꝙ omnes vite ſollicitudines procul abiciant ꝛ extra vrbẽ egreſſi in ortulis vel exiguis quibuſꝗ agellulis degant: refugiẽtes imparis propoſiti conſortia ꝛ vite diſſimilis cõtuberina. Scientes impedimento eſſe hec arduum volentibus iter virtutis incedere. Tali quippe ordine calore fidei incitati hi qui primitus credebant vitam duxiſſe memorantur ſicut euidenter in actibus apoſtoloꝝ legimus ſcriptũ ꝙ omnes qui credebãt ſub apoſtolis poſſeſſiones ſuas ꝛ ꝑdia vendentes precia ponebant ante pedes apoſtolorũ et diuidebantur vnicuiꝗ prout opus erat ita vt nõ eſſet quiſꝗ in eis egens.

¶ Quia ergo et hic ſimilia ſcribit geri ab his qui apud alexandriã credebant ſicut illi qui in hieroſolymis ante crediderãt certum eſt ꝙ idem actus eademꝗ inſtitutio eandem ſine dubio et religionis fidem deſignet. Deniꝗ libro ipſi de quo ſupradiximus tale initiũ dedit. In multis eſt inquit orbis terre partibus hoc genus hominum. Oportebat nãꝗ huiꝰ perfecti boni participem fieri omnẽ gratiam omnẽꝗ barbariam. In egypto tñ maior eſt copia per ſingula que ꝙ territoria precipue autẽ circa alexandriã. Nã optimꝰ quiſꝗ ex omnibus locis velut ad vberis patrie glebam feſtinus occurrit colonus. Regio quedã eſt philoſophie maxime frugibus oportuna ſupra lacum cui Marie nomen eſt ſita. colliculis quibuſdam molliter et clementer erecta ad munimẽtum ſimul atꝗ aeris temperiem commoda.

B ¶ Poſt hoc deſcriptis eorum habitaculis vt ſe habeat ſingulorum qualitas et ſitus. etiam de eccleſijs que apud eos ſunt ita dicit. Eſt autem inquit in ſingulis locis conſecrata orationis domus: que appellatur ſemmon vel monaſterium. Semmon autem in noſtra lingua ſignificare poteſt honeſtorum conuenticulum. In quod ſecedẽtes inquit honeſta et caſta vite miſteria celebrãt nihil illuc proſus quod ad cibum potumꝗ pertinet inferentes vel ad reliqua humani corporis miſteria. Sed tantum legis libros et volumina prophetarum hymnos quoꝗ in deũ ceteraꝗ his ſimilia. In quorũ diſciplinis atꝗ exercitijs inſtituti ad perfectã beatamꝗ vitam ſtudijs iugibus coaleſcant. ¶ Et poſt aliquanta iterum dixit. Ab ortu aũt diei vſꝗ ad veſperam omne eis ſpacium in ſtudiorum exercitijs ducitur quibus ad diuinã philoſophiã per ſacras literas imbuuntur patrum leges in allegoricam intelligentiã deducentes. Quã quidẽ formas eſſe ꝛ imagines ea que in legis littera ſcripta ſunt opinantur latentis intrinſecus profundi cuiuſ

dam diuiniqȝ miſterij habēt autē etiam diſputationes quaſdā et interpretationes veterum virorum qui ⁊ auctores ipſius hereſeos extiterunt: quos eis allegorice ac figuralis intelligentie normam quā plurimis ſcriptorum ſuorū conſtat tradidiſſe monimentis. Quorum illi velut itineris ſui ducū ⁊ auctorum inſtituta pariter ſequuntur ⁊ morum. Hec autem dixiſſe hunc virum certū eſt. De euāgelicis atqȝ apoſtolicis libris: in quib⁹ quomodo lex et ꝓphetia ſpiritualiter intelligi debeat edocetur. Poſt pauca rurſum etiam de eo quod pſalmos faciāt nouos ita ſcribit. Itaqȝ non ſolum ſubtilius intelligunt hymnos veterum ſed et ipſi faciūt nouos in deum. Omnibus eos et meritis ⁊ ſonis honeſta ſatis ⁊ ſuaui compage modulantes. Multa quidem et alia in eodem libro enumerat que a noſtris vel in eccleſia vel in monaſterijs exercentur.

¶ Sed properandum nobis eſt ex omnibus dicere que eccleſiaſticā proprie continent formam: ex quibus citius manifeſtum eſſe debeat ad eccleſiā pertinere que ſcripta ſunt. Ait ergo. Continentiā vero velut fundamentū quoddā prio in anima collocant: ⁊ ita demum reliquas ſuper hanc pergunt edificare virtutes. Cibum potumqȝ nullus eorum capitante ſolis occaſū. Uidelicet tempus lucis cum philoſophie ſtudijs: curam vero corporis cum nocte ſociantes. Nōnulli autem etiam poſt triduū in cōmunionē veniunt cibi. Quos ſcȝ edacior ſtudiorū fames perurget. Iā vero hi qui eruditionibus ſapientie et in profundiore intelligentia ſacrorū voluminum conſeruantur tanqȝ copioſis dapibus inhiantes expleri nequeunt. et contuendo acrius inflāmatur: ita vt nec quarto iam nec quinto ſed ſexto demū die non tam deſideratum ꝙ̄ neceſſarium corpori indulgeant cibum.

¶ Hec filonem de noſtrorum inſtitutis referre quis poteſt dubitare qđ ſi cui adhuc videtur ambiguum adhibebimus etiam alia eius dicta que nulli omnino niſi noſtris tantummodo conuenire etiā infideliſſimus quiſqȝ fatebitur. Ait ergo. Cum viris autem quos dicimus ſunt ⁊ femine in quib⁹ plures iam grandeue ſunt virgines integritatem caſti corporis nō neceſſitate aliqua: ſed deuotione ſeruantes: dum ſapientie ſtudijs ſemet geſtiunt non ſolum animo ſed et corpore conſecrare: indignum ducentes libidini mancipare vas ad capiendam ſapientiam preparatum: ⁊ edere mortalem partum eas a quibus diuini verbi concubitus ſacroſanct⁹ ⁊ imortalis expetitur: ex quo poſteritas relinquatur nequaꝙ̄ corruptele mortalitatis obnoxia. q̄ ſi adhuc parum videtur iſtud audi quod poſt aliquanta ſcribit. Tractatus autē ſacrorum inquit voluminum huiuſmodi habent vt magis allegoricis opinionibus vtantur. Quoniā quidem omnis lex viris iſtis videtur animali eſſe ſimilis quod corpus quidam habeat ipſam litteram et ea que ſecundum litterā deſignantur. Animam vero occultum in littera ſpiritualem et inuiſibilem ſenſum quem illi ab auctoribus ſuis edocti ſublimius et nobilius velut inſpicientes per ſpeculum contemplātur ex ipſis etiā nominibus admirandas quaſdā ſpecies intelligentie proferentes.

Quid autem addere his opus eſt etiam de conuentibus eorum que conſcribit: & vt ſeorſum quidam viri ſeorſum etiam in eiſdem locis femine congregentur et vt vigilias ſicut apud nos fieri moris eſt perſagant & maxime diebus illis cum paſſionis dominice ſolēnitas celebratur: cum in ieiuniјs pernoctare et lectionibus ſanctis auditū prebere conſueuimus. Que omnia ſupradictus vir eo ordine eademq́ conſequentia qua apud nos gerūtur expreſſit. Et vt vnus ex omnibus conſurgens in medio: pſalmū honeſtis modulis concinat vt que precinenti eiuſū verſiculum omnis multitudo reſpondeat atq́ in ipſis diebus in terra recumbentes ſicut antiqui moris fuiſſe dicitur vinum quidē nemo omnino vt ipſe ait. nec guſtu quidem contingat: ſed nec quālibet carnem. Tantum autem aqua ſit eis poculum: & panis cum ſale vel iſopo cibus. Addit adhuc his quomodo ſacerdotes & miniſtri exhibeāt officia ſua vel que ſit ſupra omnia epiſcopalis apicis ſedes. Que cuncta ſi q̄s plenius vult et exploratius diſcere: oſtendimus ex quo iſta fonte debeat haurire. In quibus ſupra dictus vir eccleſiaſtice inſtitutionis initia & originē apoſtolice atq́ euangelice traditionis intexuit. Eſt autem idem filo affluentiſſimus quidem in eloquio. in ſenſib⁹ autem profundiſſimus et interpretatione atq́ intelligentia diuinarum ſcripturarum ſubtiliſſim⁹ Copioſe inuenies et copioſius eloquens. Multa deniq́ diuini nobis etiam ipſe ingenij ſui monimenta dereliquit.

¶Capi. xviij. quanti ad nos filonis peruenerint libri.

PRimo qui per ordinem in geneſim ſcripſit libros: q̄s articulauit ſacre legis explanatio figuralis. Tū deinde & alios continentes ſparſim de diuerſis capitulis queſtiones in quibus que req̄ri debeant et ꝓponit & ſoluit. Quas queſtiōes & abſolutiones de geneſi & exodo articulauit. Sunt & alij ei⁹ libri qui ſuperſcribuntur propoſitionum qui ſunt dei agricultura duo: et de temulentia duo. Sed et alij quamplurimi extant eius libri diuerſis vocabulis annotati. Sicut eſt que ſint pro quibus mēs debet orare deum et de confuſione linguarum. De natura et inuentione de his congregari debeant ad erudiendum. Et quis ſit q̄ heres ſit diuinorum que ſit equalium et inequalium diuiſio. Item de tribus virtutibus quas deſcripſit cum ceteris moyſes. Item de his quorum in ſcripturis nomina commutata ſunt & quibus ex cauſis commutata ſint. In quibus refert ſcripſiſſe etiam de teſtamentis primum et ſecundum. Eſt autem et alius eius liber de captiuitate: et de vita ſapientis: eius qui ſecundum iuſticiam perfectam: et leges naturales conſumatus eſt. De gigantibus de eo q̄ inconuertibile ſit quod diuinum eſt. De moyſi vita libro quinto. De eo q̄ a deo ſint ſomnia. Hec pene omnia in geneſi ſcripſit. Sed & in exodum queſtionum et abſolutionum libri. v. De tabernaculo. De decē verbis legis. de his que inferuntur ſub ſpecie decalogi. Et de animalib⁹ q̄ ſacrificiis deputata ſunt Et que ſunt ſpecies ſacrificiorum. Que ſunt propoſita in lege bonis

p̄remia: ⁊ malis maledicta. Tū p̄terea ſingulares eius libri. De p̄uidentia. De iudeis apologeticus liber hoc eſt de vita vrbana et ad Alexandrū dicentē rationem habere muta animalia. De eo ꝙ ſeruus ſit omnis q̄ peccat. Item alius de eo ꝙ liber ſit omnis qui bonis ſtudijs operam p̄bet. De vita theorica vel ſupplicū in quo ⁊ de apoſtolicis viris eſſe que ſcripta ſunt ſupra edocuimus. Sed ⁊ interpretationes nominum hebraicorum q̄ ſunt in lege ⁊ prophetis.

B ¶ Hic temporibus gaij imperatoris Roma profectus cum de impietate atq̄ impuritate gaij q̄ꝫ plurima ſcripſiſſet q̄ per hyroniā de virtutib⁹ articulauit ⁊ ea ſenatui recitaſſet tanta dicit̄ ammiratione habit⁹: vt in bibliotheca digna ei⁹ ſcripta decernerentur.

¶ Uerum per idem temp⁹ Paulo apoſtolo ad hieruſalem in circuitu ⁊ vſq̄ ad illiricū predicationem verbi dominici miniſtrante. Claudius imperator iudeos vrbe depellit. Tunc aquila ⁊ priſca cum ceteris iudeis, expulſi aſiam veniunt: ibiq̄ coherent apoſtolo, tum primū eccleſie inibi fundamenta iacienti: ſicut edocet liber de actib⁹ apoſtolorum conſcriptus.

¶ Capitulū. xix. cuiuſmodi clade conſpreſſerint iudeos ipſo die paſchali.

CLaudio vero adhuc in imperio perdurāte in ipſa ſolēnitate paſche tanta iudeis perturbatio et vetiſtas hieroſolymis accidit ex ſeditione cōmota vt illi ſoliq̄ in forib⁹ templi conſtipatione populi necati ſūt tria milia iudeorum numerarent̄: ⁊ conuerſus eſt dies feſtus eorum in luctum. Sed et alia quāplurima iudeis mala irrogata Joſephus per hec verba deſignat.

¶ Cap. xx. qualia etiam ſub nerone hieroſolymis geſta ſunt.

CLaudi⁹ inquit agrippam filium agrippe iudeorum regem conſtituit. Felicem vero totius prouincie Samarie quoq̄ et galilee ⁊ regionis que dicit̄ trans iordanam procuratorē miſit. Et poſt pauca addit etiam hoc. Inflammatur autem et ſeditio acerbiſſima a pontificibus aduerſum ſacerdotes et primos plebis hieroſolymorum: quorum ſinguli conquirentes ſibimet perditorum iuuenum ⁊ nouis rebus gaudentium manum duces ſemetipſos proprie factionis inſtituebant. Qui confligentes adinuicem primo conuitijs laceſſere tum deinde ⁊ ſaxis inuicem ſternere: nec quiſquā erat qui coherceret ſed agebantur omnia tanquā in vrbe non habente rectorem. Igitur pontifices in tanta venere proteruiam vt ſeruis ſuis ad areas miſſis: inuaderēt decimas que ſacerdotibus debebantur. Et accidebat vt nonnulli ex minoribus ſacerdotibus quorum alimonie vi fuerant direpte inedia deperirent. Ita ſeditionum violenta ius faſq̄ confunderat. Itē poſt pauca ſubiungit etiam hoc. Nonnūquā autem etiam in media ciuitate occurrentes ſibi trucidabant. Precipue i dieb⁹ feſtis ſiccarij plebib⁹ admitti occultatis pugionib⁹ oberrantes vt quiſquis deſignatus eis cominus inciderat perimebant. Et arte nefaria cum corruiſſet is quē occulto vulnere ſtraue

rat:tum idem ipſi percuſſores velut indignari ſe ſimulabant aduerſus eos qui hoc in media vrbe cōmitterent: atq; hoc modo occulta eorum facinora permanebant. et primo omniū ab his Jonathas pōtifex interficitur:poſt illum quam plurimi iugulantur ita vt iam ipſis mortibus eſſet grauior metus mortis. dum vnuſquiſq; quaſi in procinctu ſemper poſitus per momenta ſingula ſperaret interfici. Poſt hoc autem interiectis q̄buſdam addit etiam hoc.

¶Capitulū.xxi. de egyptio cuiꝰ actus apoſtolorum faciunt mentionem.

GRauiꝰ vero omni hac vaſtatione afflixit iudeos egiptius quidā falſus propheta. Qui cū veniſſet ad iudeā homo magus:fidem ſibi prophete magica arte conſciuit ꝛ continuo triginta milia virorū congregans ꝛ ductans eos per deſertū peruenit cū ipſis in montē qui vocat̄ oliueti. Paratus inde irruere hieroſolyme ꝛ vi ac poteſtate vrbē tenere:ſimulq; Romanorū p̄ſidia ac plebē tyrannidi ſue ſubiugare fretꝰ ꝑ omnia his quos ſecū eduxerat ſatellitibꝰ. Sed conatꝰ eius p̄uenit felix confeſtimq; cum armatis obuiam pergens ſecum etiam plebe reliqua conſpirāte congreſſione facta egyptiū quidem cum paucis in fugam vertit. Peremptis vero aliis etiam captis temere cepta facile reſtrinxit hec in ſecūdo hyſtoriarū libro Joſephꝰ refert. Operepreciū tamen eſt hec q̄ de egyptio ſcribit cū illis q̄ in apoſtolorum actibus deſignata ſunt comparare:vbi ſub felice tribunus qui in hieroſolymis erat ad Paulum in quē fuerat commota ſeditio dicit. Nonne tu es egyptius ille qui ante hos dies concitaueras populum et eduxeras in deſertum ad quattuor milia homines ſicariorum. Sed ſufficiant iſta de felice.

¶Cap.xxii. quē admodum de iudea Paulꝰ Romam miſſus in vinculis omni culpa liberatus ſit.

INterea claudio tresdecim annis et octo menſibus Romanorum imperio perfuncto nero ſuſcipit principatum. A quo feſtꝰ mittitur in iudeam ſuccedere felici. Apud quē cauſa dicta Paulus vinctus mittitur Romā ariſtarco ſecum comitante quē conſequenter in epiſtolis ſuis concaptiuum appellat. Sedet ꝛ luca qui ꝛ actus eius ceterorūq; apoſtolorum deſcribit ſed p̄cipue pauli:de quo etiam hoc in fine ſignauit q biennio in vrbe Roma poſitus verbum dei predicabat nemine prohibente. Quē tamen affuiſſe ſibi et defendiſſe ſe apud neronem ꝛ rurſum profectum eſſe a predicationis officium ſermo confirmat. Et poſt hoc denuo rediſſe ad ſupradictam vrbem vbi ꝛ martyrio conſummatus eſt:tūc cum in vinculis poſitus ſecundam ad thimotheum ſcribebat epiſtolam. In qua ꝛ de p̄ma ſua defenſione ꝛ de preſenti ſimul indicat paſſiōe. Suſcipe ergo de his ſingulis teſtimonia. In prima inquit ipſe Paulus mea defenſione nemo michi affuit ſed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur. Dominus autem aſtitit michi ꝛ confortauit me: vt per me predicatio compleretur:et audiant omnes gentes quia liberatus ſum de ore leonis. Manife=

niſſime per hec deſignat: quia pri mo quidem vt per ipſum cepta p̄dicatio compleretur: liberatus eſt de ore leonis. Neronem ſcilicet in leone pro crudelitate ſignificans. Tum deinde in conſequentib⁹ adicit ⁊ dicit. Liberauit me dominus de ore leonis. Preuidebat enim in ſpiritu conſummationem ſuam ꝓpter quod ⁊ dixit quia et liberatus ſum de ore leonis. Et iterum. Liberauit me dominus ab omni opere malo et ſaluum faciet in regnum ſuum celeſte. Significans per hoc ꝙ eſſet confeſtim martyrio coronādus. De quo tamen euidentius in eadem epiſtola dicit ſcribēs. Ego enim inquit iam immolor: et tempus regreſſionis mee inſtat. Hec autem dicta ſunt a nobis vt oſtenderemus quia non eo tēpore quo pauli actus in vrbe Roma concluſit lucas martyrio perfunctus eſt paulus. Potuit enim fieri vt in initiis adhuc lenior eſſet nero: ⁊ defenſionem pauli pro noſtro dogmate non aſpernanter acceperit. Proceſſu vero tēporis cum ceteris malis aucta ſit eius etiam in apoſtolos os ſeuitie rabies.

Capitu. xxiii. quomodo ſit paſſus Jacobus qui frater domini eſt dictus. A

gitur iudei poſtea ꝙ̄ paulus ad Ceſaream quem appellauerat a feſto tranſmiſſus eſt ⁊ fruſtratas inſidias quas ei intenderant vident in Jacobum fratrem domini immanitatem nequitie ſue vertunt: cui epiſcopalia in hieroſolymis delata ab apoſtolis fuerat ſedes quē hoc modo adorti ſunt: productum in medium abnegare eum fidem chriſti coram omni populo expe-tunt. At ille citra omnium opinionem voce ſatis libera ⁊ multo maiore quam vellent coram vniuerſo populo cum omni fiducia profitetur filium eſſe dei ſaluatorem ⁊ dominū noſtrum ieſum chriſtū. Tum illi non ferentes tam graue ⁊ tam liberum teſtimonium viri: pro eo maxime ꝙ iuſtiſſim⁹ apud omnes habebatur ob religioſe et cōtinentiſſime vite merita in necem eius vertuntur fauente ſibi occaſione temporis ex morte rectoris. Contingit enim feſtum per idē temp⁹ obire apud iudeam: ⁊ ſine rectore ac principe eſſe prouinciam. Nam mortis iacobi modus iam quidem et in ſuperioribus a nobis clementis ſermonibus indicatus eſt: cum de pinna templi eum precipitatū: et fullonis percuſſum vecte deſcripſit. Exploratius tamē de eo egeſippus ꝙ̄ poſt ipſas ſtatim primas apoſtolorum ſucceſſiones fuit in commentariolū ſuorum libro his verbis refert. Suſcepit inquit eccleſiam cum apoſtolis frater domini Jacobus qui ab omnibus cognominatus eſt iuſtus: ab ipſis domini tēporibus perdurans vſꝙ ad nos. Et multi quidē iacobi vocati ſunt. Sed hic ex vtero matris ſue ſanctus fuit: vinum ⁊ ſiceram non bibit: ſed neꝙ animal manducauit. Ferrum in caput eius non aſcendit: oleo non eſt perunctus balneis non eſt vſus. Huic ſoli licebat intrare in ſancta ſanctorum. Neꝙ enim laneo vtebatur indumēto: ſed tātū ſindone. Sol⁹ ingrediebatur templū ⁊ iacebat ſuper genua ſua orans ꝓ populi indulgentia. ita vt orando callos faceret in genib⁹ admodū cameli ſemper genua flectendo nec vnꝙ̄ ab oratione ceſſādo. Itaꝙ ꝓ ex credibili hac continētia ⁊ ſumma iuſticia

appellatus eſt iuſtus ⁊ oblias qđ
eſt interpꝛetatum monimentū po
puli ⁊ iuſticia ſicut ⁊ pꝛophete iu=
dicauerunt de eo.
B ¶Quidam ergo de ſeptem he
reſibus que erant in populo de q=
bus ſuperius ſcripſimus interro=
gabant eum quod eſſet hoſtium ie
ſu. At ille dicebat hunc eſſe ſalua=
toꝛem. Ex quibus aliquanti credi
derunt: quia Jeſus eſt chꝛiſtus. Il
le autem hereſes quas ſupꝛadixi=
mus non crediderunt neqꝫ ſurre=
xiſſe eum. neqꝫ venturum vt re=
tribuat vnicuiqꝫ ſecundum opera
ſua. Qui vero crediderint per Ja
cobum crediderunt. In quib⁹ cum
multi etiam ex pꝛincipibus credi=
diſſent: perturbatio erat iudeoꝛū
et ſcribarum ac phariſeoꝛum di=
centium nichil iam ſupereſt quin
omnis populus credat in Jeſum ꝙ
ipſe ſit chꝛiſtus. Conuenientes igi
tur ad Jacobum dicebant ei. Oꝛa
mus te: vt reuoces populum: quia
ecce errat in Jeſum putās ꝙ ipſe
ſit Chꝛiſtus. Depꝛecamur ergo te
vt ſuadeas omnibus conuenienti
bus in die paſche de Jeſu. Tibi
enim omnes obtemperamus ⁊ de
te tam nos ꝙ populus teſtimoniū
inferimus: quia iuſtus es et perſo
nam nullius accipis. Tu ergo ſua=
de populo de Jeſu ne erret: quia
omnes tibi obedimus. Aſcende
itaqꝫ in excelſum locum pinne tē=
pli: vt in edito poſitus appareas
omnibus: et verba tua audiantur
a cunctis quia in die paſche conue
nit non ſolum iudeoꝛum: ſed ⁊ gen
tilium multitudo. Statuerūt igit
ſupꝛadicte ſcribe et phariſei Ja=
cobum ſupꝛa pinnem templi: ⁊ vo
ce magna clamantes ad eū dicūt.
Uiroꝛum iuſtiſſime cui omnes ob
temperare debemus: quoniā po=
pulus errat poſt Jeſum qui cruci=
fixus eſt: enuncia nobis quod ſit
hoſtium Jeſu. Tū iacob⁹ ad eos
ingenti voce reſpondit. Quid me
interrogatis de filio hominis. Ec=
ce ipſe ſedet in celo a dextris ſum
me virtutis: ⁊ ipſe venturus eſt in
nubibus celi. Cūqꝫ hac reſponſio=
ne ⁊ teſtimonio Jacobi multis ſa=
tiſfactum eſſet ⁊ libēter audiſſent
que Jacobus conteſtatus eſt. cepe
rūt glorificare deū ⁊ dicere: oſan=
na filio dauid. Tunc rurſum ſcri=
be ⁊ phariſei ceperūt adinuicē di=
cere. Malefecimus tale teſtimo=
niū pꝛeſtare de ieſu. Sed aſcenda=
m⁹ et pꝛecipitemus eum deoꝛſum:
vt ceteri terreant et non credant
ei. Simul et voce magna clamaue
rūt dicentes. Oꝛo. et iuſtus errauit
et compleuerūt ſcripturam que in
Eſaia ſcripta eſt dicentem. Aufe
ramus iuſtum: quoniam inutilis
nobis eſt. Pꝛopterea fructum ope
rum ſuoꝛum manducabūt. Aſcen=
derunt ergo et pꝛecipitauerūt eū
et dicebant adinuicem. Lapidem⁹
Jacobum iuſtum. Et ceperunt eū
vrgere Lapidibus. Qui deiectus
non ſolum moꝛi non potuit. Sed
conuerſus ſuper genua ſua pꝛocū
bens dicebat. Rogo te domine de⁹
pater remitte eis peccatum non
enim ſciūt quid faciūt. Cumqꝫ eū
talia oꝛantem deſuper lapidibus
purgerent vnus ex ſacerdotibus
de filiis Rechab: filiū rechabin / de
quib⁹ pꝛoteſtatur hieremias pꝛo
pheta / exclamauit dicens. Parci=
te queſo quid facitis. Pꝛo vobis
oꝛat iuſtus hic quem lapidatis.
Tunc vnus ex ipſis fullo arepto
fuſte in quo res expꝛimere ſolent /
cerebꝛo eius illiſit. Et talli mar=
tyꝛio conſummatus eſt ac ſepul=
tus in eodem loco pꝛope templum

hic eſt qui extitit veritatis teſtis iudeis ⁊ gẽtibus q꜡ Jeſus eſt xp̄s. ¶ ¶Et non multo poſt oppugnatio conſecuta eſt Veſpaſiani. hec latius quidem ſed conſonãter clementi. Etiam egeſippus retulit ꝙ ita mirus quidẽ ⁊ apud omnes homines opinatiſſim⁹ in obſeruatiõe totius iuſticie Jacobus habebať vt ⁊ iudeorum prudẽtes quiq; crederent hãc eſſe cauſam ſtatim cõſecute oppugnatiõis hieroſolymorum ꝙ in illum celeratas iniecerint manus. Et Joſephus ita ſibi videri euidenter indicat per hec. Que omnia inquit acciderunt iudeis pro vindicta Jacobi iuſti qui erat frater Jeſu qui dicitur xp̄us Quẽ iuſtiſſimum ⁊ piiſſimum omnium confeſſione virum iudei interficerunt. Ideoq; etiam mortem eius in viceſimo antiquitatum libro his verbis deſignat. Mittit autem ceſar albinum iudee prefectũ Feſti morte comperta. Ananias autem iunior quẽ pontificatũ ſuſcepiſſe ſupradiximus proteru⁹ admodum ⁊ inſolens moribus hereſim defendebat ſaduceorũ qui in iudiciis crudeliores ceteris iudeis videntur ſicut iam ſupra oſtendimus. Hic inſolentie ſue temp⁹ datum credens ex morte feſti confeſſum iudicium conuocat ⁊ introducit in medium fratrem Jeſu qui dicitur xp̄s iacobũ nomine ⁊ alios q̃plurimos quos velut contra legẽ gerere incuſans tradidit lapidandos. Qđ facin⁹ ſi quis ex ciuib⁹ modeſtior fuit ⁊ equi ac legis obſeruantior grauiſſime tulit. Qui etiã occulte legationẽ ad ceſarem mittunt orantes eum ſcribere ananie ne hoc agat: q꜡ nec prius huiuſcemodi facinora recte commiſerit. Quidam autẽ ex ipſis etiã albino occurrũt de Alexandria ad ipſos iter agenti atq; edocẽt ꝙ nõ licuerit ananie ſe incõſulto cõfeſſum iudicium cõuocare. At ille cõmotus ex his que dicta ſunt cum indignatione ſcribit ad ananiam cõminatus ablatrũ ſe ab eo iudicandi poteſtatem qua non recte vtebatur. Quia ⁊ agrippa rex eum ſolis tribus menſibus functum hoc honore priuauerit: ⁊ Jeſum danei filium in locũ ei⁹ ſubrogauerit. Hacten⁹ etiam de Jacobo. Cuius illa habetur epiſtola q̃ prima ſcribiť inter eas q̃ canonice appellanť. Sciendum tamen eſt ꝙ a nõnullis nõ recipiatur: nec facile quis antiq̃orũ meminerit eius ſicut nec illius q̃dem que dicitur Jude q̃ et ipſa eſt vna de ſeptem. Nos tamen ſcim⁹ etiam iſtas cum ceteris ab omnibus pene eccleſiis recipi.

¶ Cap. xxiiij. ꝙ poſt marcũ primũ epiſcopum alexandrine eccleſie ordinatus ſit anianus.

IGitur neronis primo imperij anno poſt marcum euangeliſtam eccleſie apud alexãdriã Anianus ſacerdotium ſuſcepit. Sed nero regni ſibi poteſtate conualeſcente poſt multa q̃ animo cõceperat nefaria ⁊ impura flagitia ad ipſam quoq; iam diuinitatis tẽdebat iniuriam. Longum eſt ⁊ noſtro operi inconueniens ꝓbra ei⁹ flagitiaq; deſcribere: maxime cum multi de his plenius ſcripſerint. Ex quorum libris ſi quis dedecoroſam eius vitam ac omnib⁹ ſcelerib⁹ obnoxiã ſcire vult facili⁹ poteſt. In quibus eum inueniet intãtũ ſceleris eſſe ꝓgreſſum vt ne ꝓp̄is quidẽ ac domeſticis tẽperauerit. Sz ⁊ i matrẽ ⁊ i fratres ⁊ vxores

atq; in omnes ſanguinis primos/ et paricida extiterit ⁊ inceſt⁹. His igitur oībus deerat vt ipſe prim⁹ et imperatoribus romanis etiā in ipſum deū impietatꝫ arma ꝯuerteret. Sicut tertulian⁹ vir ſcriptorū nobiliſſim⁹ refert dicens. Conſulite ꝯmētarios veſtros: illic reperietꝫ primū q̄q; neronē in hāc ſectā rē maxime rome orientem ceſareo gladio ferocem fuiſſe. Et tali dedicatore dannationis noſtre etiam gloriamur. Qui enī ſcit illum itelligere pōt nō niſi grāde aliquo bonū a nerone dannatum. Temptrauerat et domicianus portio neronis de crudelitate: ſed quaſi homo facile ceptum repreſſit reſtitutis etiam quos relegauerat. Tales nobis ſemper fuere inſecutores/ iniuſti/ impii/ turpes: quos et ipſi dānare conſueuiſtis: et a quibus dannatos reſtituere ſoliti eſtis. Hec tertulianus.

¶Cap. xxv. de perſecutione neronis ſub quo paulus ac petrus pia confeſſione paſſi ſunt.

IGitur nero vt apertū ſe hoſtē diuinitatꝫ pietatiſq; ꝓfeſſ⁹ eſt: ipſoꝝ p̄us apoſtoloꝝ quippe q̄ duces ⁊ ſigniferi erāt ī populo dei/ expetit neces. Et paulū q̄dam capite ī ipſa vrbe roma/ petrū vero crucis patibulo ꝯdēnat. Horū teſtimonium querere extrīſec⁹ ſuperfluum puto cum rem geſtam inſignia vſq; in hodiernum/ et ſplendiſſima eorum monumenta teſtantur. Uerumtamen ſcribit de his et gayus quidam ſcriptor antiquus Qui cum zepherino epiſcopo romano aduerſū ꝓculum quendam catafrigam diſputans. Hec de apoſtoloꝝ commemorat locis. Ego inquit/ habeo trophea apoſtoloꝝ que oſtendam. Si enim procedas via regali que ad vaticanū ducit aut viā hoſtieſ: inuenies trophea defixa: quibus ex vtraq; parte ſtatutis romana cōiter eccleſia: ꝙ autē eodē tēpore ambo paſſi ſunt ꝙ corinthioꝝ epiſcopus dionyſius/ cum in vrbe poſitus eſſet ⁊ de ſcripturis diſputaret/ hoc dicit. Sed ⁊ vos habentes commonitionem a Petro ⁊ Paulo: plantationem romane ⁊ corinthiorū eccleſie coniunxiſtis. Ambo etenim ſimul aduentantes ⁊ in noſtra corinthioꝝ eccleſia docuerunt: ⁊ per omnem italiā: atq; ī hac vrbe ſimul docētes/ etiā martirio pariter vno eodēq; tēpore coronati ſunt. Hec autem retulimus: vt in hyſtoria que in opiniōe omnium eſt confirmatior habeat. Joſephus autem ſcribens quante clades iudeorum gentem peruaſerint: ⁊ vt eorum vaſtitas propagata ſit addit etiam hec.

¶Capitulum. xxvi. vt innumeris iudei malis afflicti ſunt et nouiſſime contra romanos arma mouerunt.

VErum ad innumera mala que iudeis acciderant/ addit etiā hoc ꝙ Florus qui per idē tempus iudee ꝓcurationem tenebat/ honorabiles quoſq; viros flagris verberaret: ⁊ in ipſa vrbe ſacratiſſima hierl'm patibulo ſuffigeret: eo tempore quo ꝑturbari iudeoꝝ ſtatum nouarum rerum molitionib⁹ accidit: duodecimo ſcꝫ anno imperii Neronis. Sed ⁊ per omnem ſyriam in ſeditioſos iudeorū atrociſſimam refert exercitatam eſſe ſeuitiam: ita vt etiam illi: qui per vt

bes ſingulas admixti gentibꝰ con manebant: in hoſtiū numero depu tarētur. Et videres inquit repletas inhumatis corporibus ciuitates: iacentes mortuos ſimul cum paruulis ſenes. Feminarūqꝫ abſqꝫ vlla ſexꝰ reuerentia nudata in publico reiectaqꝫ cadauera atqꝫ vniuerſam prouinciam innumeris malis refertam. Sed tamen tam diro hoc et tam atroci ſpectaculo multo grauius eos futurorū et per dies augentium malorū metꝰ et formido terrebat. Hec ad verum ioſephus refert. Uerum de iudeis iſta ſufficiant.

Explicit liber ſecundus.

Incipit liber tertius.

Capitulum .i. in quibus locis apoſtoli chriſtum predicauerunt.

Ijtur iudei debitis cladibꝰ perurgebant Sancti vero apoſtoli domi ⁊ ſaluatoris noſtri: ceteriqꝫ diſcipuli ad predicandū verbum dei per ſingulos quaſqꝫ orbis terre prouincias dimittunt Thomas/ſicut nobis traditum eſt ſortitus eſt parthos Matheus ethiopiam. Bertholomeꝰ Indiam citeriorem/. Andreas Scithiam. Johannes Aſiam. Unde et apud epheſum: et commoratus eſt et defunctus: Petrus pontū galatiam/ bithiniam/ cappadociam /ceteraſqꝫ confines prouincias/ Iudeis dūtaxat predicans circuiſſe deprehenditur: et ad vltimū in vrbe roma commoratus: vbi crucifixus ē deorſum capite demerſo. quod ipſe ita fieri deprecatus eſt/ne exequari domino videretur. De paulo autem quid dicam qui ab hieruſalem vſqꝫ ad Illiricū repleuit euāgelium Chriſti: et ad vltimum ſub Nerone martirium duxit. hec ita per ordinem in tertio libro explanationū geneſis/origenes exponit

Capitulum ſecundum de epiſtolis et ſcripturis apoſtolorum. A.

Erum petrus apoſtolus predicationis ſue monumenta nobis p pauca dereliqt. Una etenim eius epiſtola eſt/de qua nullus omnino dubitauit. Nam de ſecunda multis incertum eſt. Apud plurimos tamē etiam ipſa legenda ſuſcipitur. Ille vero libellus qui dicitur actus petri et qđ nominis eiꝰ euangelium nuncupatur: ſed ⁊ qui dicitur eius predicatio vel reuelatio in ſcripturis prorſus canonicis non habetur. Sed ne aliquis quidem ſcriptorum veterum/ vti eorū teſtimoniis inuenitur. Uerum procedente nobis hiſtorie narratione per oportunitatē locorum cū ſcriptores eccleſiaſticos mēorabimus neceſſario etiā ſcripturarū libros qui in auctoritate eſſe debeant/ et quorum minus ſequenda ſit auctoritas exponemꝰ. Interim petri vt diximus prima epiſtola ab omnibus veteribus eſt recepta. Pauli quoqꝫ manifeſte .xiiii. ſunt epiſtole que in auctoritate habentur/licet ſcientiam apud latinos de epiſtola que apud hebreos ſcribitur haberi dubitationem. Sꝫ ⁊ de ipſa qđ vnuſqꝫ veterū ſcriptorꝫ ſenſerit in tpe ſuo ꝓferemus. Et libellus Her me qui appellatur Paſtoris/cuius paulus in eplis ſuis meminit a plu

rimis non eſt recept⁹. Ab alijs au
tem neceſſarius iudicatus eſt pro
pter eos qui primis ad fidē inſtitu
tionib⁹ imbuunt. Vñ ⁊ in nōnullis ec=
cleſijs legit ⁊ multi veterum ſcri=
ptorū vſi ſunt teſtimonijs ei⁹. Hec
inter in nobis premiſſa ſint de diui
norū librorū fide quā mox etiā ve
terū a ſtipulatione firmabimus.

B ¶ Paulus autē ꝙ ab hieruſalē
vſqꝫ ad illiricum gentibus euan=
gelium predicauerit: ex ipſius vo
cib⁹ comprobatur: ⁊ ex ijs que lu=
cas in actib⁹ apoſtolorū ſcribit. Sꝫ
⁊ Petrus in quib⁹ etiam ipſe prouin
cijs qui ex circumciſione ſunt pdi=
cauerit xp̄m proprijs vocib⁹ in epi
ſtola quā ipſius abſqꝫ ambiguita=
te claruit eſſe deſignat: in qua ad
eos qui ī diſpoſitiōe ſunt ſcribit ſi
ne dubio hebreos. Ipſi etenim diſp
ſi dicunt tanqꝫ proprijs ſedib⁹ pul
ſi ⁊ poſiti in diſperſione vt ait ipſe:
ponti: gallacie: cappadocie: ⁊ aſie
ac bithinie: Ex quib⁹ ſi quis con=
ſtantes in fide et emulatores ver=
bi dei reperti ſunt: etiam regēdas
eccleſias quas apoſtoli fundaue=
rant ſuſceperūt. Quorum nomina
non eſt facile explicare per ſingu=
los. Ex apoſtoli tamen ſermonib⁹
colligere poſſum⁹ ꝑ multos eſſe q̊s
ille nūc adiutores nunc cōmilito=
nes: nunc etiam cōcaptiuos: et con
laborantes in euangelio et comi=
tes nominat. Sed ⁊ lucas in actib⁹
apoſtolorum plurimos eius ſocios
memorat et participes pdica=
tionis: ſicut: timothei meminit ac
titi. Quorū alter in Epheſeo epi=
ſcopus: alter ordinādis apud Cre
tam eccleſijs ab eo preficitur. Ip=
ſe autem Lucas gnē qdē anthioce
nus arte medicus comes vero pau
li: ⁊ ceterorū apoſtolorū ſocius et
neceſſarius fuit. Is ergo ſecundū
hanc medicinam quam ex apoſto
lorum ſocietate vel traditione ſu=
ſceperat: duos nobis medicinales
libros quib⁹ non corpora ſed ani=
me curentur explicuit. Euangeliū
ſcilicet: in quo etiam ſic prefatur.
Sicut tradiderūt nobis inquit hi
qui ab initio ipſi viderunt et mini
ſtri fuerunt verbi dei quos et ab in
itio ſecutus ſum. Et actus apoſto=
lorum quos non iam auditu perce
perat ſed oculis inſpexerat. Tra=
dunt autem ꝙ euangeliū ſuum ex
Pauli ore deſcripſerit: et ipſum ſit
quod Apoſtolus ſuum euangeli=
um ſoleat nominare cum dicit ſe=
cundum euangelium meum ſicut
et Marcus que ex ore Petri fue=
rant predicat et conſcripſit. Me=
moratur autem ex comitibus pau
li: creſcens quidam ad gallias eſſe
profectus Linus vero et clemens
in vrbe Roma eccleſie prefuiſſe in
quo comites et adiutores ei⁹ fuiſ=
ſe ab ipſo Paulo perhibentur. Sꝫ
⁊ Dionyſium atropagitam apud
athenas quē Lucas deſcribit pri
mum Paulo predicante crediſſe
ſe inter ſocios eius fuiſſe: et eccle=
ſie Athenienſium conſtat ſacer=
dotiū ſuſcepiſſe. Sed nunc interim
ab hyſtorie ordinem redeamus.

¶ Capitulū tertium de ſuc=
ceſſionibus apoſtoli Pauli.

A

LGitur poſt Neronem
qui tredecim ānis ob=
ſedit romani culminis
principatum: galba et
octo anno. et ſex menſibus deten
to principatu defuncti Veſpaſia=
no regi gubernacula derelinqu=
unt: poſito per idem tempus in
procinctu belli quod iudeis inten=

derat. Ubi ab ipſo exercitu cū quo
oppugnabat iudeam ſubrogatur
imperio. Iſq; confeſtim romam tē
dens: Tito filio ſuo curam belli et
hieroſolimorū oppugnationis i=
iungit: Uerum poſt aſcenſionē do
mini ⁊ ſaluatoris noſtri: iudei vel
in ipſum commiſſi piaculi: vel per
ſecutionis in apoſtolos: et necis in
ſtephanum: ſed ⁊ obtruncationis
in apoſtolum Jacobum: in iacobū
nichilominus fratrem domini/ qui
appellabatur iuſtus/ ſceleris ad=
miſſi: ceterorumq; omnium quos
propter fidem chriſti inſidijs dolis
atq; omni fraude: nequitie circun
uenerant pro his in quam omnib⁹
malis: penas diuinitus repoſcebā=
tur. Et apoſtoli quidem ab illis pri
us fugati ac per omnem locum di=
ſperſi ſicut ſupradiximus: perge=
bant in virtute chriſti: qui eis pre=
ceperat dicens. Euntes baptizare
omnes gentes in nomine meo.
B ¶Eccleſia vero que in hiero=
ſolymis fuerat congregata reſpon
ſo a deo accepto: emigrare iubet
et tranſire ad oppiduz quoddam.
Pellam nomine tranſiordanē: quo
ablatis ex vrbe ſanctis et iuſtis vi
ris vindicte celeſtis fieret locus tā
de vrbe ſacrilega ꝙ de populo im=
pio per excidium patrie euerſio=
nemq; ſumende. Quātis ergo ma
lis gens tunc vniuerſa mulctata
ſit: atq; ipſa iudee terra bello: fa=
me: igni cedibuſq; vaſtato ſit: quā
ta populorum milia: patres ſimul
cum coniugibus ac paruulis et li=
beris: abſq; numero abſq; diſcre=
tione trucidati ſint: que etiam di=
uerſarum vrbium obſidiones: ſed
⁊ ipſi⁹ magnifice et famoſiſſime ci
uitatis hieruſalem quanta vaſti=
tas: et quanta fuerit diuerſarum
mortū ſtrages: qui ſue per hec ſin
gula bellorum extiterit: modus et
vt ſecunduz id quod propheteꝑre
dixerant: abhominatio deſolatio=
nis in ipſo quondam dei famoſiſſi=
mo collocata ſit templo: vtq; ad vl
timum cuncta ignis populatus ſit
⁊ flamma conſumpſerit ſi quis ple
nius noſſe vult hyſtorias Joſephi
relegat. Nos vero ex his ea tan=
tum que ad explanationem ſuſce
pti operis ſufficiant aſſumem⁹: ⁊
in quibus refert: ꝙ ex omni iudea
populi in die ſolenni paſche: hiero=
ſolimam vero exitiali quadaz ima
nu cogēte conuenerant. Quos tri
cies centena milia hominum dicit
fuiſſe. Juſto ſcilicet dei iudicio tem
pore hoc vltionis electo. vt qui in
diebus paſche ſaluatorem ſuum ⁊
ſalutare chriſtum domini cruentis
manibus et ſacrilegiis vocib⁹ vio
lauerāt in ipſis dieb⁹ velut in vnū
carcerem omnis multitudo con=
cluſa: feralis pene exitium quod
merebatur exciperet. Preteribo
que in eis vel gladij cede vel alijs
belli machinis collata ſunt expli=
care: ea tantummodo que dire fa
mis exitio pertulerunt: ſupradicti
hyſtoriographi ſermonibus profe
ram: quo legentes hec intelligant
quantū piaculi ſit audire aliquid
in chriſtum et ꝙ grauib⁹ hac cau=
ſa ſupplicijs expientur.

¶Capitulū. iiij. de iudeorū gran=
di oppugnatione ſtrage et fame
qua oppreſſi ſunt.

Iſe itaq; quintus Io=
ſephi hyſtoriarum li=
ber ponatur in me=
dio. Ex quo omnis eo
rum luctuoſa trage=
dia pernoſcatur. Di=
uitibus autem permanere inquit

aut perire: vnū atqꝫ ideꝫ erat. Si
eñ in vrbe ꝑmansiſſent facultatū
ſuarū cauſa: crimine obiecto: q̄ſi
qui de tranſfugiendo cogitarent
perimebant. Neceſſitas vero fa
mis factioſorum extollebat arro
gantiam: ⁊ vtrumqꝫ ſimul inedia
cū temeritate creſcebat. Publice
quidem frumentū nuſq̄ omnino
erat ſꝫ irruētes vrbis predones ꝑ
ſcrutabantur domos: ⁊ ſi quid in
ueniſſent tanq̄ de his qui fefelle=
rant penas ſumebāt. Si vero non
inueniſſēt: nichilominꝰ tanq̄ eos
qui ocultius ⁊ diligentius abſcō=
derint: cruciabant. Judicium ve
ro haberi ab eis pabula capiebāt
hoc ipſo ꝙ adhuc viuere ⁊ ſubſi=
ſtere corporibꝰ videbantur: tanq̄
qui profecto iam interiſſent: niſi
abſconditos vſpiam tegerent ci
bos. Si quos ſane tabeſcētes ma
cie vidiſſent: hos cum venia pre=
teribant ſuperfluū putātes peri=
mere: quos paulopoſt abſumeret
fames. Multi tamē l occultis om
ni ſenſu ſuo mercati ſunt vnū me
trum. Si diuites: frumenti: ordei:
ſi inferiores fuerunt. Et conclud
tes ſe inferioribus quibuſqꝫ pene
trabilibus domus. Non nulli nec
in panes cōfectas fruges edebāt:
alii vero inquantū vel neceſſitas
vel metꝰ permitteret: exquoque=
bant. Et menſam quidem nullus
expectabat apponi: ſed ex ipſo ſe
mi iuſta igni rapientes propria
velut furtiua deuorant. Et erat
infelicis ipſius cibi ſpectaculū mi
ſerabile. Cum validiores quinqꝫ
inuenta diriperent. Jmbecilliori=
bus vero nichil preter luctum ſu=
pererat ⁊ lachrymas. Et omniū
licet acerbitates rerum ſuppera
ret fames: nichil tamen ita ſub=
ruit et ſubuertit: ſicut verecun=
dia. Quicquid enim ſaluis rebꝰ
pudore dignū eſt: id in hac neceſ=
ſitate contemnit. Deniqꝫ ⁊ vxo=
res de virorum manibus et filii
de parentū. Et quod eſt infelicꝰ
matres cibos de paruulorū ſuo=
rum manibus atqꝫ ore rapiebāt.
Et cū dulciſſimi liberi in manibꝰ
atqꝫ ante ora poſiti tabeſcerent:
exigua vite ſubſidia dentibus ip
ſis eximere nemo parcebat. Ve
rum nec ipſos quidem infelices:
et per ſe exiguos ſumentes latebāt
cibos: ſed continuo aderat pre=
donum quis: et ſtatim vt clauſas
cuiuſpiam conſpexiſſent fores in
ditum credebant hoc eſſe ꝙ in=
trinſecus poſiti ederent. Et repē
te deſpicatis foribꝰ precipites ir
ruebant: atqꝫ ab ipſis vt ita dicā
faucibus exprimētes: ſi quid for=
te ſumptum iam fuerat reuoca=
bant. Verberabantur ſenes ſi ci
bum vendicare temptaſſent.
Sparſis etiaꝫ crinibus mulieres
trahebantur: occultare nitentes:
ſi quid forte deprehenſum fuiſſet
in manibus. Nulla ſenibꝰ pro ca
nice reuerētia: nulla erga paruu
los miſeratio. Sed in exiguo
panis fragmento paruulos inhe
rentes ex ipſo cui inheſerant ſu=
ſpenſos elidebant in terram. Jn
eum vero qui raptores cibo pre=
ueniſſet aſſumpto: crudeliꝰ ſeuie=
bant. Et excogitabāt dira ſuppli
cia: obturantes infelicibus natu
rales digeſtionuꝫ meatus. Aliis
vero preacutas ſudes per eadem
verenda adigētes / horreſco que
geſta ſunt referens / ad confeſſio=
nem per hoc vnius panis aut ci
ti farine / miſeros perurgebant.
Nam ipſi tortores nec patieban
tur famem. Eſſet enim quodam=
modo tollerabilius ſi hoc com=

pulſi inedia facere viderent:ſed
vt vel prepararent ſibi inpoſte=
rum cibos vel vt crudelitas exer
citio conualeſceret. In his etiam
ſi quis forte furtim per ſtationes
hoſtium pro colligendis herbis
eripiſſent: occurentes eis qui ho
ſtium manus effugiſſe gauderent
diripiebant quicquid attulerāt
Supplicantibus autem et terri=
bile quoddam ſibi nomen dei in=
uocantibꝰ vt vel partem aliquē
ex iis que cū mortis e periculo q̄
ſierant indulgerent:nichil prorſꝰ
prebebant:ſed hoc beneficij loco
ceſſerat:ſi comprehenſum viuū
licuiſſet euadere.

B ¶ His autem poſt aliquanta
adiungit dicens. Iudeis vero cū
egreſſu vrbis omnis pariter ſpes
excludebatꝛ ſalutis:et inualeſcēs
acerbitas famis;domos ſimul et
familias gentemqꝫ vaſtabat.ita
vt inperabilibus ſtrata iace=
rent mulierum paruulorumqꝫ ca
dauera. Per plateas vero infeli
cium ſenum corpora :fame ma=
giſqꝫ etate econſumpta. Iuuenes
vero atqꝫ omnis etas robuſtior
velut ſimulachra quedā in viis
et egreſſibus oberrabant corruē
tes quocunqꝫ loci greſſum ſub=
ruiſſet inedia. Sepelire autē ca
dauera proximorum:nec defun=
ctorum multitudo.nec virium de
bilitas permittebat.ſimul et pro
ſue vnuſquiſqꝫ vite incerto. De=
niqꝫ aliquanti ſupra eos quos ſe=
peliebant animas emiſere. Mul
ti etiam dum proſequuntur fune
ra priuſqꝫ ad ſepulchrum venire
tur efflabant. Sed nec planctus
ex more defunctis exhibebaturꝛ
aut luctus:quia hoc ſibi totū vē
dicauerat fames. Sed nec ari=
das inedie: humorem cui quam
reliquerat lachrymarum. Obſe=
derant ciuitatem profunda ſilen
tia.et nox plena mortis cūcta cō
texerat. Quibus malis omnibꝰ
grauiores ſoli vigebant predo=
nes:qui nec ſepulchra quidem di
ripere ⁊ ſpoliare cadauera. Illi=
citum ducebant. Non tam predā
petentes.qꝫ ſcelus irriſione cu=
mulantes:et aciem gladiorum
ſuorū in cadauerum obtrunca=
tione probātes. Interdum etiā
in nonnullos adhuc ſpirātes mu
cro exanimandus agebatur.qđ
alii ſemineces cum viderēt ſup=
plices dexteras extendebant vt
in ſe quoqꝫ beneficij loco conuer
terent ſcelus.quo ſcilicet crucia=
tibus famis velocius abſoluerē
tur. Sed nouo crudelitatis gene
re.necem quam ſponte infere=
bant ſi rogarentꝛ negabant. Cū
tamen vnuſquiſqꝫ deficientiū cū
gemitu oculos retorqˉret ad tē=
plum non de morte propria do=
lens ſed de impunitate predonū
quos ſuperſtites derelinquebant.
Et primo quidem ſumptu publi=
co ſepelire mortuos iuſſerant fe=
toris intollerantia :vt vero om=
nem ſumptum cepit vincere mul
titudo morientium:de muro ca=
dauera precipitabant.

C ¶ At cum titus circuiens p=
uidiſſet repletos mortuorum ca=
daueribus vallos:⁊ humani cor
poris tabe patriam terram riga
ri:cum ingenti gemitu eleuatis
ad celū manibus deum inuocat
teſtem hoc ſuū opus non eſſe. Et
poſt aliquanta iterum talia que
dam proſequitur. Non cuncta=
bor inquit proferre quod ſentio.
Arbitror enim qꝫ etiam aduer=
ſum impios ciues romanorū pau
liſper arma ceſſarent: aut hia=

tu terre aut aque diluuio aut ſo=
domitanis ignibus ⁊ fluminibus
celitus tortis ſupplicium ciuitas
depēdiſſet: que munito in fauſtio
re; illis qui hec perpeſſi ſunt ⁊ ne
quiorem virorum preſentem hāc
protuliſſet etatem: pro quibus et
omnis gēs pariter mereretur ex
tingui. Sed ⁊ in ſexto libro de eiſ
dem talia ſcribit. Et eorū inquit
qui per totam ciuitatē famis ine
dia corrumpebantur/ multitudo
innumerabilis erat: quorum nec
explicari miſeria potes. Per ſin=
gulas nanqꝫ domos ſicubi fuiſſet
aliquid cibi repertum. bella con=
tinua et cedes inter caros ipſoſqꝫ
parentes ac liberos naſcebātur.
dum nō ſolum e manibus: ſed ex
ipſis etiam faucib⁹ inuicē cibum
rapere certabāt. Fides autē nec
mortuis erat. Sed ⁊ ipſi cum iā
ſpiritum exalarent perſcrutabā
tur a predonibus nec cui forte in
tra gremium ſibi aliquid reſediſ
ſet. Alii autem per inediā hian=
tes velut rabidi canes huc atqꝫ il
luc ferebant. ⁊ quaſi inſania qua
dam exagitati in eaſdem domos
ſub momento temporis iterū ac
ſepius irruebant. Omnia tamen
neceſſitas vertebat in cibum etiā
illa que nec mutis quidē anima=
libus edere vſus fuit. Ad vltimū
ne loris quidem vel ſingulis aut
ipſis etiā calciamentis abſtinue
runt. Portarum quoqꝫ indumen
ta detrahentes conficienda den=
tibus ingerebant. Nonnulli ⁊ fe=
ni veteris feſtucas edebant. Sed
et quiſquiliis vndecūqꝫ collectis
paruiſſimū pōdus dragmis quat=
tuor diſtrahebant.

D ¶ Sed quid opus eſt per hec
pondus famis illius explicare cū
geſtum ſit ibi facinus quod neqꝫ
apud grecos neqꝫ apd̄ barbaros
vllus accepit auditus: horrendū
quidē dictu auditu vero incredi
bile. Equidem libenter tā imma=
ne facinus ſiluiſſem neqꝫ me cre
deret monſtruoſa narrare: niſi
multos memorie noſtre viros te
commiſſi ſceleris habuiſſem. Por
ro ꝑ̄o nec aliquid patrie p̄ſta=
re me arbitror: ſi ſuſtraham eorū
malorum verba quorum pertulit
facta. Mulier quedam ex his qui
vltra iordanis alueum cōmane=
bant maria nomine eleazari filia
de vico bethelob quod interpre=
tatur dom⁹ yſopi genere ⁊ facul=
tatibus nobilis cum reliqua mul
titudine que confluxerat hieroſo
lymis reperta/ cōmunē cum om̄i=
bus obſidiōis caſum ferebat. Hu
ius reliquas quidem facultates
quas e domo in vrbem conuexe=
rat tyranni inuaſere. Si quid ve
ro reliquiarū ex magnis opibus
fuerat quibus victū quotidianum
per tenuem duceret irruētes per
momēta predonum ſatellites ra
piebant. Pro quibus ingens mu=
lierem velut inſaniam quedā ex
indignatione fatigabat: ita vt in
terdum predones malectis necē
ſui et conuiciis inſtigaret. Uerum
neqꝫ irritatus quiſqꝫ neqꝫ miſe=
ratus eā perimeret ⁊ ſi quid for=
te cibi fuiſſet ab ea queſitum ab
aliis quereretur nec iam vſqꝫ repe
riendi copia fieret. Fames autē
dira viſceribus ipſis inſiſteret ac
medulis: ⁊ ad furorem iam perur
geret inedia fame ⁊ ira peſſimis
vſa conſultoribus contra ipſa iā
armatur iura nature. Erat nā=
qꝫ ei ſub vberibus paruulus fi=
lius. Hunc ante oculos ferens in
felicis inquit matris o infelicior
fili in bello fame ⁊ direptione pre

domum cui te ſeruabo. Nam ⁊ ſi vita ſperari poſſit iugo romane ſuitutis vrgemur. Sed nūc et ipſam ſeruitutem preuenit fames. Predones vero vtraq; vi grauiores perurgerent. Ueni ergo nūc o mi nate eſto matricibus predonibus furor ſeculis fabula que ſola deerat cladibus iudeorum. Et hec cū dixiſſet ſimul filiū iugulat. Tum deinde igni ſuperpoſitū torret. ⁊ medium quidem conſumit: mediū vero ſeruat obtectum. Et ecce cōfeſtim p̄dones irruunt obuſte carnis nidore concepto mortem minant̄: niſi ſine mora cibos quos paratos ſenſerant demonſtraret. Tu; illa equidem partē inquit vobis optimam reſeruaui. Et continuo que ſuperfuerant mēbra detexit infantis. At alios repente ingens horror inuaſit: et immanes quāuis animi dirigere vox faucibus interclusa eſt. Illa vero truci vultu ⁊ ipſis iā predonibus truculentior meus inquit hic filius meus eſt partus: ⁊ facinus meum eſt. Edite. Nam ⁊ ego prior comedi q̄ genui. Nolite effici aut matre religioſiores aut femina molliores. Quod ſi vos pietas vincit ⁊ execramini cibos meos ego que iam talibus paſta ſu; ego his iterum paſcar. Poſthoc illi territi trementeſq; diſcedunt q̄ hunc ſolum ex omnibus facultatib⁹ miſere matri relinquerāt cibum. Repleta eſt autem confeſtim ciuitas vniuerſa nefarij ſceleris nuncio. Et vnuſquiſq; ante oculos facinus quod perpetratū fuerat adducens tanq̄ ſi ipſe hoc perpetraſſet horrebat. Oēs aūt quos famis neceſſitas vrgebat feſtinebant magis ad mortē beatos dicentes eos quibus contigit interiſſe priuſq̄ talium malorum pollueren̄tur auditu. Hacten⁹ Joſephus.

Capitulum. v. de his que a Chriſto predicta ſunt.

Igitur iudeos pro his que in Chriſtum cōmiſerunt piaculis talis cōſecuta eſt pena. Dignū autē eſt huic hyſtorie adhibere dominicas voces quib⁹ ipſe ſaluator talia ſecutura eſſe predixit. Ue autem ſit p̄gnantibus ⁊ nutrientib⁹ vel lactātib⁹ in illis diebus. Orate aūt vt nō fiat fuga veſtra hyeme vel ſabbato. Erit enim tunc tribulatio magna qualis nō fuit ab initio ſeculi vſq; nunc neq; erit. Colligēs aūt ſupradict⁹ hiſtoriographus omnē numerū pemptorū vel fame vel ferro vndecies centena milia deſignauit. Ceteros vo latrones ⁊ ſicarios ac p̄dones poſt vrbis exidiū mutuis declarat interiſſe vulneribus. Electos autē quoſq; iuuenū quos decoret proceritas corporis cōmendabat ad triumphū dicit eſſe ſeruatos. Reliquos autem qui ſupra decem et ſeptem annos agebāt etatis vinctos ad opera egypti per metalla deſignatos et per ceteras p̄uincias eſſe diſperſos. Alij quidē vt ludis gladiatorijs/ alij vt beſtijs traderentur. Si qui vero infra ſeptimum et decimum etatis reperti ſunt annum per diuerſas prouīcias in ſeruitutem diſtrahi iuſſi ſunt: quorum numerus vſq; ad nonagita milia perduct⁹ eſt. Hec vero omnia geſta ſunt ſecundo anno īperij Ueſpaſiani iuxta ea que ipſe dominus et ſaluator noſter Jeſus Chriſt⁹ predixerat. Quippe qui ea que gerēda erāt

preſentia iam videret tunc cũ ſe cundum euangeliorum fidem. Ui dens ciuitatem fleuit ſuper eam: et velut in auribus ei⁹ prelocutus eſt hec verba. Si agnouiſſes in quit ⁊ tu in hac die que ad pacẽ tibi ſunt nunc abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: et circundabunt/ te inimici tui vallo ⁊ circundabunt te et perur gebunt te vndiq ⁊ ad ſolũ redu cẽt te et filios tuos qui in te ſunt. Sꝫ et rurſum tanꝗ de populo di cens erit enim /inquit/ neceſſitas magna ſuper terram et ira popu lo huic: et cadent in ore gladii: et captiui ducentur in omnes gẽtes et hieruſalem erit conculcata a gentibus vſqꝫ quo cõpleantur tẽ pora gentium. Et iterum. Cũ au tem videritis circũdari ab exer citu hieruſalem tũc ſcitote quia appropinquabit ei⁹ deſolatio. Cõ paret nũc vnuſquiſꝗ domini ⁊ ſal uatoris noſtri ſermones cum hy ſtoriographi relatiõe de bello qđ geſtum eſt atqꝫ excidio ciuitatis. Et videns miram diuine ꝓ ſcien tie virtutem agnoſcat predicen tis diuinitatem. Hec quidem iu deorum genti poſt paſſionem ſal uatoris iuxta vltionẽ venerũt ꝓ eo ꝙ auctorem vite a ſemet vni uerſa gens conclamauit auferri. Uerũtamen nihil obſtat, ea⁹ adde re per que pietas ⁊ clemẽtia dei licet ingratis videã oblata. Qua draginta namqꝫ poſt admiſſum piaculum cõtinuis protracta an nis impiorum pena differtur. In quibus et apoſtoli omnes preci pue tamen Jacobus qui diceba tur frater domini ⁊ hieroſolymis epiſcopus conſtitutus indeſinen ter populum commiſſe impieta tis et feralis auſi de ſcelere com mouebant ſi forte poſſent commiſ ſi plenitudinem gerere ſi poſſent flere pro ſcelere et vltrices pena rum flammas lachrymarũ vber tate reſtringere. Oſtendebat nã qꝫ eis deus per ſuam patientiam ꝙ ipſorum quereret penitentiã. Quia non vult tantum deus mor tem peccatoris quantum vt con uertatur ⁊ viuat.

¶ Capitulum. vi. de por tentis ante bellum in vl tionẽ mortis chriſti iudeis immiſſum.

Mollire autẽ adhuc mẽtis eorũ duricias nitebatꝰ diuina ma ieſtas ſignis ⁊ pro digiis celitus datis terrores ſimꝰ ⁊ ma nicẽ dexterã oſtendendo potiuſꝗ inferendo. De quibus ſupradicti hyſtoriographi fides vt ⁊ ceteris etiã in hoc ſufficiẽs erit. Relega mus ergo quid in ſexto hyſtoria rum ſuarũ libro de his ipſe ſigna uerit. Sed infelicem inde plebem teterrimi quidem hoſtes et dece ptores falſa vaticinantes ſuade bant ⁊ euidẽtib⁹ ſignis ⁊ iudicĳs iracundie ⁊ indignationis diuine nõ crederent. Quib⁹ apte futu rum ⁊ vrbis ⁊ gentis preſagieba tur excidiũ. Sꝫ velut afflati ⁊ amẽ tes ⁊ qui neqꝫ oculos neqꝫ animã in ſe haberent ſpernebãt omnia que celitus nunciabantur. Etenim ſtella perfulgens gladio per om nia ſimilis imminere de ſuper ci uitati ⁊ cometes preterea exitia bilib⁹ flammis ardere per totũ viſa eſt annum. Sed et ante exci di ipſa ac belli/ cũ populi ad diem feſtum azimorum cõuenirent oc taua die menſis ſandicis qui eſt aprilis noctis tempore hora no

na tantus luminis fulgor/ aram
templumq̀ꝫ circundedit: vt puta-
rent omnes diem clariſſimum fa
ctum et permanſit ſpacio hore di
midie. Quod imperitis quidẽ et
ignaris proſperũ videbatur. Sꝫ
legiſperitos et probos quoſqꝫ do
ctores non latuit exitiale porten
tum. In eadem quoqꝫ feſtiuitate
vitula ſacrificiis admota ⁊ aris
aſſiſtentes inter ipſas miniſtrorũ
manus enixa eſt agnam. Sed et
ianua interioris edis que reſpi-
ciebat orientem cum eſſet ere ſo-
lido induta ac proinde iminẽſi põ
deris: que vix viginti viris ſum-
mo conatu impellentibus claude-
retur: ferreis quoqꝫ vectibus ⁊ ſe
ris munita ac poſſulis in altũ de
miſſis teneretur obſtricta: repen-
te hora noctis ſexta apparuit ſpõ
te patefacta. Sed et trãſacto die
feſto poſt aliquot dies prima ⁊ vi
ceſima die menſis artemeſii qui
maius apud nos vocatur prodi-
gioſus apparuit viſus ⁊ fidem pe
ne excedens quod vere falſũ pu
taretur: niſi oculorum fidem con-
firmaſſet malorum conſecuta p-
nicies. Etenim prope ſolis occa-
ſum viſi ſunt curr⁹ ⁊ quadrige in
omni regione per aerem ferri et
armatorũ cohortes miſceri nubi
bus ⁊ vrbem circundari agmini-
bus improuiſis. In alio autẽ die
feſto qui pẽthecoſtes appellatur
noctu ſacerdotes igreſſi templũ
ad miniſteria ex more complen-
da primo quidem motus quoſdã
ſtrepituſqꝫ ſenſerunt. Tum dein
de voces ſubitas audiunt dicen-
tes. Migrem⁹ hinc. Additur his
etiam aliud terribilius. Etenim
quidem ananie filius Ieſus no-
mine vir plebeius et ruſticus an
te quartum belli annum cum ci-
uitas in pace ⁊ abundantia per-
duraret in die feſto tabernaculo
rum repente clamare cepit. Uox
ab oriente/ vox ab occidente/ vox
a quattuor ventis/ vox ſuper hie-
roſolymam ⁊ ſuper templũ vox
ſuper ſponſos et ſponſas/ vox ſup
populum. Et inde ſignanter die
noctuqꝫ per omnes plateas circu
iẽs hoc clamabat: vſquequo qui
dem primiores ex populo viri ve
lut infauſti preſagii indignatiõe
commoti corruptũ hominẽ mul
tis verberib⁹ afficiunt. At ille ne
quaqꝫ pro ſe aliquid loquens: ſed
ne eos quidem qui circũſteterãt
deprecãs eaſdem voces pari ob-
ſtinatione ⁊ clamore repetebat.
Tunc principes intelligentes: vt
res erat numinis eſſe motum in
viro: perducunt eum ad iudicẽ ro
manũ. Apud quẽ flagris vſqꝫ ad
oſſa laniatus neqꝫ preces neqꝫ la
chrymas fudit: ſed eandem vocẽ
miſerabiliter ⁊ cum quodã vlula
tu emittens per ſingula pene ver
ba proferebat addens etiam hoc
Ue ve. Proſequitur ⁊ aliud idem
hyſtoriographus maiore geſtum
miraculo: dicens oraculum quod
dam in ſacris litteris repertum
quod per idem tempus virum de
ſignaret ex eorũ regione proceſ
ſurum qui totius orbis potiretur
imperio. Cuius oraculi preſagiũ
idem hiſtoriographus Ueſpaſia
num declarare eſt ſuſpicatus. Sꝫ
veſpaſianus non aliis qꝫ illis ſo-
lis gẽtibus que romano imperio
videbantur ſubdite dominatus
eſt. Unde Iuſtinus ad Chriſtum
hec reſponſa referantur ad quas
dixerat pater. Pete a me ⁊ dabo
tibi gentes hereditatem tuam et
poſſeſſionem tuam terminos ter
re. Et cuius per idẽ tempus per

apoſtolos ſuos In omnem terrā
exierat ſonuꝫ ⁊ in fines orbis ter
re verba eorum.

¶Capitulum.vij. de Ioſepho et
quos reliquerit libros.

Operepreciam ſane
eſt poſt iſta agno=
ſcere ꝗs fuerit hic
Ioſephus et vnde
vel ex quo genere
originē ducēs: qui
tantā nobis materiā rerū geſta
rū cognitionēꝙ preſtiterit. Expo
nit ergo etiam hoc ipē de ſe hoc
modo ſcribēs. Ioſephus mathie
filius ex hieroſolymis ſacerdos
qui ⁊ ipē primo bello Romanos
oppugnauerit ⁊ poſteriorib⁹ nihi
lominus interfuerit prelÿs neceſ=
ſitate conſtrictus. Conſtat ergo
hunc virum per idem temp⁹ non
ſolum apud Romanos habitum
eſſe nobiliſſimū: ita vt litterarū
merito in vrbe Roma etiam ſta
tuta donaretur ⁊ libri eius biblio
thece traderētur. cōſcripſit nāꝙ
antiquitatū hyſtoriam in vigin
ti libris. Belli vero iudaici cū Ro
manis habiti hyſtoriam ſeptem
voluminibus comprehēdit. Quā
non ſolum greca facundia verū ⁊
patrio: id eſt hebreo ſermōe ſuis
etiam ciuibuꝫ ſe ediđiſſe confir=
mat: dignus cui pre ceteris omni
bus debeat credi. Sꝫ ⁊ alia eiuſ=
dem viri extant de iudeorum ve
tuſtate duo volumina. In quib⁹
contradicere apponi cuidā grā
matico videtur: qui illis tempo=
ribus aduerſum iudeos ſcripſe=
rat ⁊ ad alios quoſdam qui mo=
rem gentis iudeorum atꝙ inſti=
tuta lacerauerant. In primo er=
go ex his duobus libro que volu=
mina apud hebreos in auctorita
te habeantur ſecundū maiorum
traditionem per hec edocet.

¶Capitulum.viij. quomō Ioſe=
phus pulchre diuinarum memi=
nit ſcripturarum.

Necꝙ igitur innume
ra inquit apud nos
habētur volumina
inter ſeinuicē diſ=
cordētia. Sed duo
tantū ⁊ viginti ſunt
libri qui omniū tēporum ſeriem
continent. Qui ⁊ iuſte creduntur
diuinit⁹ inſpirati. Ex quib⁹ ꝗnꝙ
ſunt moyſi continētes legis vite
⁊ ſucceſſionis humane proſapiā
vſꝙ ad ipſiuꝫ Moyſei terminum
pertendentes. Qui paulominus
ad tria milia annorum continē=
tiam gerunt. A morte vero moy
ſei vſꝙ ad artarxerſem qui poſt
xerſem regnauit apud perſas q̄
geſta ſunt prophete qui poſt ea
tempora tredecim voluminibus
conſcripſerſit. Reliqui vero quat
tuor libri: hymnos in deum ⁊ vite
inſtituta ac mōita mortalib⁹ tra
dūt. Ab artarxerxe vero vſꝙ ad
noſtrum tempus ſcripta ſunt qui
dem omnia fide tamē non eadē
que primis habetur digna ducū
tur pro eo ꝙ non ita extiterit ꝓ=
phetarū iugis et explorata ſuc=
ceſſio. Rebus igitur ipſis conſtat
ꝗ̄ nos venerabiliter vtamur ſcri
pturis noſtris. Nam cum tot ſe=
cula interceſſerit neꝙ addere ꝗs
vnꝗ̄ neꝙ auferre aut permuta=
re quid auſus eſt. Sed omnib⁹ gē
tis nr̄e hominib⁹ inſita hec quo=
dāmodo atꝙ ingenita fides eſt
credere hec dei eſſe cōſulta ⁊ his
iugiter inherere ac ꝓ ipſis ſi ita
res popoſcerit libenter et animā
ponere. Sit etiā hec pars hyſto=
riographi in his locis a nobis.
vt arbitror non incompetenter

inſerta. Eſt adhuc ꝛ alius ei⁹ ele
gans ſatis volumen quod anim⁹
ſit qui imperium teneat ĩ nobis.
Quē libellum quidam machabe
orū attitulauere: pro eo ꝙ certa=
mina inibi ꝛ agones ꝑ pietate a
machabeis fratrib⁹ deſudata cō
tineat. Sed ꝛ in fine viceſimi anti
quitatū libri ſignificat idē ipſe ꝓ
poſuiſſe, ſe quattuor volumínib⁹
cōprehenſurum ſcðm fidē ꝛ reli=
gionē patriam de deo ꝛ ſubſtātia
ac legib⁹ ꝛ cur quedā apud eos li
ceāt q̄dā vero nō liceāt: ſꝫ ꝛ alia
nōnulla opuſcula a ſe dicit eſſe cō
poſita. In fine etiā ſupradicti vi
ceſimi libri antiquitatum iuſtuꝫ
quēdam ex tyberiade qui conat⁹
ſit hoc idē operis, qḋ ipſe explicu
erat aggredi arguit falſitatis ꝑ
hec verba. Sed non ego te imita
tus ſum in his que cōſcripſerā.
Ipſis etenī imperatorib⁹ obtulit
libros meos cū adhuc ipſa q̄ ge=
ſta ſunt pene in oculis haberent.
Quippe qui conſcius michi eſſem
ſeruate in omnibus veritatis: nec
me de eorū teſtimonio fefellit opi
nio. Sed ꝛ aliīs pluribus obtulit
quorum multi etiā ipſis interfue
re bellis. ſicut Aggrippa rex et
nōnulli eius ꝓpinqui. Et impera
tor quidē Titus intantū ꝓbauit
ex iſtis debere libris ad omnes
homines rerū geſtarū noticiam
peruenire: vt manu ſua ſubſcri=
beret publice ab omnib⁹ res legi
debere. Rex vero aggrippa ſexa
ginta ꝛ duab⁹ epiſtolis de operis
noſtri veritate teſtatus eſt: ex q̄=
bus ꝛ duas inſerui. Sed de his ſa
tis dictum eſt: nunc ad narratio=
nis noſtre ſeriem redeamus.

¶ Capitulum. ix. q̄ poſt Jacobū
Symeon hieroſolymorum rexit
eccleſiam.

P Oſt martyriū Jaco
bi ꝛ continuo conſe
cutum ciuitatis ex
cidium traditū apo=
ſtolos ceteroſq̄ do
mini diſcipulos: qui
ad illud tēp⁹ reliqui erant in vnū
e locis omnib⁹ cōueniſſe ſimul cū
his qui ꝓpinqui ſecundū carnem
domini dicebātur. Plurimi nāq̄
ex his per illud tēpus ſuper erāt
ꝛ habuiſſe in cōmune cōſiliū quē
oporteret dignū ſucceſſione iaco
bi iudicari. Omneſq̄ vno cōſilio
atq̄ vno cōſenſu. Symeonē cleo
phe filiū decreuiſſe. Cui⁹ mentio
in euāgelio facta eſt: vt epiſcopa=
tus ſedē ſuſciperet. Cōſobrinū his
ſecundū carnē ſaluatoris fuiſſe di
cebatur: quia cleophem fratrem
fuiſſe ioſeph egeſipp⁹ teſtat⁹ eſt.

Cap. x. ꝙ veſpaſianus poſterita
tem dauid iuſſit inquiri.

P Er idem tempus veſ
paſianus poſt exci=
dia hieroſolymorūꝫ
omnes ſi qui forte ex
familia dauid ſuper
fuiſſent apud iudeos velut rega
lis proſapie viros perquiri iubet.
Unde etiam pro hac cauſa gra=
uiſſima iudeis perſecutio exorta
eſt a tito filio veſpaſiani. Sꝫ veſ=
paſiano decennino principatu mi
niſtrato Titus filius in imperio
ſuccedit. Cuius ſecūdo regni an=
no. Linum. xij. annis in ſacerdo=
tio tranſactis vrbis rome epiſco=
patū tradidiſſe anacleto ferunt.

¶ Capitulū. xi. de ordine ꝛ ſucceſ
ſione epiſcoporum alexandri et
rome ſimul ꝛ de epiſtola clemen=
tis ad corinthios.

Sed titus non amplius q̃ duobus annis totidẽq; menſibus principatu Romani apicis miniſtrato. Domiciano fratri ſummā rerum reliquit. Quarto igitur anno domitiani apud alexādriā. Anianus. xx. et duobus annis miniſtrato ſacerdotio defunctus eſt. In cui⁹ locū ſecundus ſuccedit abilius. ¶ In vrbe vero roma duodecim anaclet⁹ annis in epātu exactis ſacerdotiū ſedē clemēti tradidit. Quē adiutorē ſuū paul⁹ apoſtol⁹ philippēſib⁹ ſcribēs deſignat dicēs. Cū clemēte ⁊ ceteris adiutoribus meis: quorū nomine ſunt in libro vite. Hui⁹ clemētis epiſtola habet ad corinthios ſcripta pcipua plane ⁊ valde mirabil: quā velut ex perſona romane eccl'ie dictauit cū diſſenſio apud corīthios fuiſſet exorta quā epiſtolā in plurimis eccleſiis publice legi et veterum et noſtris etiam temporibus conſtat.

¶ Capitulum. xiij. de perſecutiõe ſub domitiano.

Verū de ſeditiõe facta apd corinthios ac diſcenſiõe plebis teſtis valde fidelis Egeſippus indicat hoc mõ dicēs. Multa ⁊ erga multos crudelitate domitian⁹ exercita plurimiſq; ſiue ex vrbe roma nobilib⁹ ⁊ illuſtrib⁹ viris nullo iure nullaq; rõne trucidatis innumeris etiã exiliū truſis et bonorū direptione multatis, ad vltimū ne romane theomachie ⁊ impietatis ſucceſſor efficit. Scōs hic q̃ppe ab illo pſecutionē molit in noſtros cum vtiq; pater ſuus Veſpaſianus nihil pſus noſtris irrogauerit iniurie.

¶ Cap. xiiij. de Johanne euangeliſta ⁊ reuelatione eius.

Quo ĩ tempore apoſtolus ⁊ euangeliſta Johānes ad pdicatione verbi diuini et teſtimoniū veritatis ⁊ in inſulā pathmos tradit ablegatus. Deniq; hiren⁹ ſcribēs de cōpoto nominis antixpi qd̄ continet in reuelatiõe q̄ dicit Johānis v. aduerſum hereſes libro hec de ipſo Johāne ꝯmemorat q̄ ſi oporteret inqt apertius in hoc tēpore de iſto noīe pdicari: a quo magis potuerat aperiri niſi ab eo q̄ ipā reuelationē vidit. Neq; eñ multum tēporis eſt: ſed pene nr̄a etate. In fine etiã domitiani pncipat⁹ exorta eſt. Intātū vero per idē tēp⁹ fidei nr̄e inſtituta florebāt: vt etiā nōnulli alieni a religione nr̄a ſcriptores: hyſtoriarum ſuarū tradiderint monumētis et de pſecutiõib⁹ illi⁹ tēis ⁊ etiã de martyriis: q̄ ⁊ diligēter exploratorē deſignāt q̄ quintodecimo anno domitiani pncipis: cū aliis plurimis ab eo etiã flauia domicilla ſororis filia flaui clementis vni⁹ tūc ex cōſulib⁹ viri ob teſtimoniū qd̄ xp̄o perhibebat in inſulā pontiā nomine deportata eſt.

¶ Cap. xv. q̄ poſteritatem dauid domitian⁹ perimi iuſſit ſi'r de p̄ſapia xp̄i ex teſtimõio egeſippi.

Apud ipm vero domitianū cū iuſſiſſet omnes perimi q̄ de genere dauid ⁊ regia ſtirpe deſcēderent vet⁹ traditio tenet q̄ delati ſint qdā q̄ſi aſſent de poſteritate iude q̄ eē fratrem

fuiſſe ſaluatoris ſecundū carnem
tradūt, quiq; duplici vrgebant in
uidia: velut ꝗ ex dauid genere: et
ex ipſi⁹ xp̄i ꝓpinquitate deſcēde-
rent. Que egeſippus per ordinē
his verbis refert. ❡ Adhuc autē
viuebant quidā de carnali gene
re dn̄i noſtri nepotes iude: eiu3 ꝗ
ſecundū carnē frater domini di-
cebatur. Quos quidem detulere
tanquā ex dauid ſtirpe veniētes
Hos reuocatus quidā nomine ꝗ
in hoc miſſus fuerat perducit ad
domitianū ceſarem. Et ipſe enim
formidabat de aduentu Chriſti
ſicut ⁊ initio herodis. Interroga
ti ergo a domitiano ſi eſſent ex
familia dauid cōfeſſi ſunt. Tunc
queſiuit ab eis quātis poſſeſſio-
nibus vel quātis eſſent facultatib⁹
pditi. At illi reſpōderūt q̄ vtriq;
non amplius eſſet in bonis nouē
milibus denariis. Ex quibus ſin-
gulis pars media proportiōe de
beretur. Nec hec ſibi in pecuniā
ſubſiſtere: ſed in eſtimatiōe terre
que eis eſſet in quadraginta mi
nus vno iugerib⁹ cōſtituta. Quā
ſuis manibus excollentes vt et
ipſi alerentur: et vt tributa depē
derent. Simul ⁊ teſtes ruralis et
diurni operis manus labore rigi
das ⁊ callis obduratas preferē-
bant. Interrogati vero de chriſto
quale ſit regnū eius vel quis ipſe
aut vnde aut quando ventur⁹ re-
ſpondere q̄ non huius mundi re-
gnū: neq; huius terre ei deſignet
imperium: ſed q̄ celeſte ei regnū
per angelorum miniſteria in con
ſummatione ſeculi prepararetur:
quando ſcꝫ aduēturus in gloria
de viuis ac mortuis iudicabit: et
reſtituet vnicuiq; ꝓ factis ac me
ritis ſuis. Adhec domitianus cū
neq; in eis quicq; criminis inue-
niret: ⁊ vilitatem eorum q̄ ma-
xime contēneret. abire eos libe-
ros iubet. Sed ⁊ perſecutiōe quā
aduerſus eccleſias agitari iuſſe
rat datis ruſum compeſcit edi-
ctis. Illi vero dimiſſi ab eo vel
martyrū merito vel tante ꝓpin-
quitatis prerogatiua pacis iam
tēpore duces eccleſie effecti vſq;
ad traiani tempora permanſe-
runt. Hec quidē Egeſippus. Sed
⁊ tertulianus de domitiano ſimi
lia refert dicens. Temptauit ali
quando ⁊ domitianus ſimile ali
quid portio neronis de crudelita
te: ſꝫ quaſi homo cito deſtitit ita
vt etiam eos quos in exilium mi
ſerat reuocaret.

❡ Cap. xvi. de ſucceſſione quorū
dam imperatorū ⁊ epiſcoporum.

POſt domitianū
vero quindecim
annis īperio po-
titum. Nerua ſu
ſcepit principa-
tū. Sub quo om
nes quidē hono-
rū tituli qui in domitianū collati
fuerant detrahuntur. Reuocari
autē quicūq; ab eo in exiliū truſi
ſunt ac recipere facultates ex ſe-
natuſconſulto iubētur. De quib⁹
ſinguli teſtimoniū perhibēt ꝗ ge
ſta illorū temporū conſcripſerūt
Tunc igitur apoſtolum Iohānē
poſt abſolutionē inſule epheſum
quaſi ad ſcholam propriam re-
diſſe noſtrorum ſcriptores decla
rent. ❡ Nerua vero poſt annum
plus minus defuncto. Traianus
ſuccedit in imperio. Cuius pri-
mo principat⁹ anno abilius apd
Alexandriam tredecim annis
ſacerdotio miniſtrato diem obiit
Cui ſuccedit Cerdon tertius eī ſa
cerdotiū. Qua tēpeſtate in vrbe

roma clemens quoqꝫ tertiꝰ poſt
paulū et petrū pontificatum te=
nebat. ¶ Sed et apud antiochi=
am enodiꝰ primus fuerat ⁊ ſcōs
ignatiꝰ hieroſolymis ꝗꝫ ſimeō
ſcōs poſt iacobū fratrē dñi hiſdē
tēporibꝰ gubernabat eccleſiam

¶ Capitulum decimū ſeptimū de
Johanne euangeliſta.

Nhis ſuꝑſtes ad=
huc apud aſiā de=
morabatur ipſe ille
quem amabat dñs
Jeſus apoſtolus
ſimul atqꝫ euāge=
liſta Johānes eccleſiarū q̄ inibi
erant gubernacula gerens poſt
Domitiani: vt diximus obitum
regreſſus ex inſula. Qđ q̄ ita ſe
habeat duobꝰ fidelibꝰ teſtibꝰ ap=
probabo. hyreneꝰ ⁊ clemēs alexā
drinus huic veritati aſtipulant.
In ſecūdo aduerſum hereſes lib.
hyreneꝰ hoc mō ſcribēs ⁊ oēs inq̄t
preſbyteri teſtes ſunt qui in aſia
Johānē diſcipulū dñi viderunt ⁊
ſciūt hec, tradidiſſe Johānē: q̄ et
permāſit apud eos vſqꝫ ad tpā
traiani. Itē in tertio eiuſdē ope
ris libro idē ſcriptor de hiſdē ita
teſtat. Eccleſia inquit q̄ eſt apud
ephesum a paulo quidē fundata
eſt a Johanne vero edificata: q̄
permāſit in ea vſqꝫ ad tempora
traiani: habes hūc teſtē fidelem
de apl̄i tēporibꝰ ꝯteſt ītē. Accipe
nūc etiā clemens cuiꝰ pariter nomi
ſimus teſtimoniū dicat hyſtoriā
quādā perneceſſariam ſimul te
xēs. Quā nos quoqꝫ ſi inſeramꝰ
vtilem fore legentibus credimus
Scribit ergo hec.

¶ Cap. xviii. quō iohannes ado
leſcētē indolis ducē latronū factū
reuocat ad eccleſiā et conuertit.

Udi inquit fabulā ⁊
non fabulā. ſed rem
geſtam de Johāne
apoſtolo memoriis
omniū traditā. Cū
poſt tyranni obitū
de pathmos inſula epheſum re=
diret. rogabatur etiam vicinas
illuſtrare ꝓuincias: quo vel eccle
ſias fundaret: id quibus nō erāt
locis ⁊ in quibus erant ſacerdoti
bus ac miniſtris inſtrueret ſecū
dum q̄ ei de vno quoqꝫ ſpiritus=
ſanctus indicaſſet. Cum igitur
veniſſet ad quandam vrbē haud
longe poſitam omnibus eccleſia
ſticis ſolenniter adimpletis vidit
iuuenem quendam validum cor
pore et vultu elegātem ſed et ani
mis acrem nimis reſpiciens qꝫ ad
epiſcopum qui nuper fuerat ordi
natus. Hunc inquit tibi ſummo
ſtudio commēdo, ſub teſtimonio
Chriſti et totius eccleſie. Tum il
le ſuſcipiens omnem ſe adhibitu
rum ſicut precipiebat diligentiā
pollicetur. Sed iterum atqꝫ ite=
rum eadem ſepius repetens iu=
uenem, commendabat attentiꝰ.
Et poſt hec epheſum rediit. Tum
vero epiſcopus adoleſcentem in
domum ſuam ſuſcepit commen=
datum: et cum omni diligentia
enutrit amplectitur fouet. Ad vl
timum etiam baptiſmi gratiam
tradit. Poſt hec iam velut confi=
dens gratie qua fuerat cōmoni=
tus paulo indulgentius habere
iuuenem cepit. Sed ille velut imma
tura libertate potitus eſt: conti=
nuo per equeuos, quibus luxus
et deſidia cordi eſt, amare vitia:
⁊ corrupte vite incedere tramitē
perdocetur. Et primo quidē cōui
uiorum illecebris decipitur: Inde
nocturnis cū furtis ſociū ſibi par

ticipemq; conſciſcūt. Poſt hoc eti
am ad maiora flagitia ptrahūt.
Cum interea ſenſim iuuenis for=
mabatꝰ ⁊ inſtruebatur ad ſcelera
⁊ qui eſſe acer ingenio ſicut equꝰ
infrenis ⁊ validꝰ duris morbꝰ ob
firmatus recti itineris lineam de
relinquens rectore contempto ra
pido curſu totꝰ fertur in preceps:
ita ſuccedētibus ſibi malis: vt de
ſperationem quoq; adeo ſibi pſti
te ſalutis acciperet. Dedignatur
iam de paruis ſceleribus cogita
re: grandia queq; molitur: ⁊ ex in
tegro perditiōi ſe tradēs nulli in
feriorē ſe i flagitiis patit. deniq;
illos ipſos qui priꝰ magiſtri crimi
num fuerant diſcipulos facit. Et
latronum ex his turmā quibꝰ ipſe
dux ⁊ princeps violentus ſeſſet
inſtituit ⁊ cum his omni crudeli
tate graſſatur. Uerum tempore
elapſo cum rei ita popoſciſcet vti
litas inuitatur iterū ad illā vrbē
Johānes. Et cum cetera quorum
gratia venerat ordinaſſet: age in
quit o epiſcope depoſitum repre=
ſenta qđ tibi ego plane ⁊ xp̄s cō=
mendauimus eccleſia teſte quā
regis. At ille obſtupuit pꝛiō pe=
cuniam putans a ſe repoſci quā
non acceperat. Sed rurſum cōſi=
derabat nec poſſe fallere iohānē
nec qđ nō dedit querere herebat
igitur ſtupens. Quē iohannes he
rentem videns iuuenem inquit il
lum repeto a te ⁊ animā fratris.
Tunc grauiter ſuſpirans ſenior
⁊ in lachrymis reſolutus ille ait
mortuus eſt. Quomodo inquit vl
quali morte: deo ait mortus eſt.
quia peſſimꝰ ⁊ flagitioſꝰ euaſit
Ad vltimū etiam latrociniū ag=
greſſus eſt. Deniq; nunc montē
quendā cū multa latronū manu
occupauit. Quibus auditis apo
ſtolus veſtē cōtinuo qua erat in=
dutꝰ ſcidit ⁊ cū ingēti gemitu feri
ens caput: ſuū bonū inquit te cu=
ſtodē fratris anime dereliqui. ſi
iā nunc michi equus paret ⁊ dux
itineris. Et confeſtim ab ipſa ec=
cleſia aſcēdēs concitꝰ pperabat.
Cūq; peruenirſſet ad locū attinet
ab his latronibus qui cuſtodias
obſeruabāt at ille neq; effugere:
neq; pꝛſus declinare, vſq; nitens
ingenti tantū voce pclamabat:
q2 ad hoc ipm veni. adducite mi
chi pꝛīcipē veſtrū. Qui cū veniret
armatus eminus agnito. Johā=
ne apoſtolo pudore actus in fu=
gam vertit: Ille equo poſt eū ad
miſſo confeſtim inſequitur fugi=
tātem etiam etatis oblitꝰ ſimul
⁊ clamans Quid fugis o fili pa=
trē tuū quid fugis inermem ſenē
miſer noli timere habes adhuc
ſpē vite: ego autem rationē red
dā pro te certe: ⁊ mortem pro te
libenter excipiem ſicut ⁊ dominꝰ
excipit pro nobis: et pro tua ani
ma dabo animam meā. Stat tan
tum ⁊ crede michi q2 chriſtus me
miſit. Ad ille audiens reſtitit: ad
vultū demiſit i terram. Poſt hec
arma proiecit. Tum de inde tre=
mefacus flebat amariſſime ⁊ ac=
cedentis ad ſe ſenis genitibus p=
uolui tur. genitibus ⁊ vlulatibus
qꝛbus poterat ſatiſfaciens: ⁊ vber
rimis lachꝛymarū ſuarū fontibꝰ
iterū baptizabatur occultans ſo=
lam dexteram ſuam. Apoſtolus
vero iuriſiurandi ſacramento ſe
et a ſaluatore impetraturum ve
niā policēs ſimulq; genibus eius
prouolutꝰ: atq; ipſam dexteram
ex cuiꝰ cedis conſcientia torque
batur tanquam iam per peniten
tiam purgatam deoſculās ad ec
cleſiā reuocat. Et indeſigneuter

pro eo orationes profundens/et
cū ipſo pariter ducens crebra ie
iunia: indulgentiam a deo quā
ei policit⁹ fuerat expetebat. Sȝ
et variis ſermonum conſolationi
bus velut quibuſdam precanta=
tionibus efferos ⁊ exterritos ei⁹
animos mitigabat. Nec pri⁹ ab
ſtitit: ꝙ eum in omnib⁹ emanda=
tū etiam eccleſie perficeret. pre=
bens per hoc magna exēpla vere
penitentie: ⁊ documentū ingens
noue regenerationis: atqꝫ īſignia
quedā ⁊ trophea inuiſibilis ī eo
reſurrectionis oſtendēs. Hec a
clemente dicta non ſolum ad ſci=
entiam rex/ſed ad vtilitatē legē
tiū profutura/hunc in noſtris q=
ꝫ libris teneant locum.

¶ Cap. xix. de īdubitatis ſcri=
pturis ⁊ libris diuinis B.

H Se iam etiam hu=
ius apoſtoli q̄ ſunt
ſcripta que in au=
ctoritate habean=
tur/cum his pari=
ter explicemus. Eſt igitur pri=
mo euangelium nominis ipſius
quod in oī orbe perſonuit. ꝙ autē
poſt cetera tria euangelia/quar
to a veteribus ſtatutum eſt lo=
co: hec erit ratio. Venerabiles
et vere deo digni apoſtoli chri=
ſti cum eſſent in omnibus puri=
tate vite ⁊ animi virtutibus cla
ri/non magni pendebant ſermo=
nis ornatum. Quippe in quibus
anima erat diuinis ornata vir=
tutibus. ſimul et ſignorū gratia
que eis a domino nr̄o ieſu chri=
ſto conceſſa fuerat confidentes/
nō in ſuaſoriis humane ſapiētie
verbis ſūmam predicationis dñi
ce collocabant ſed in oſtentatio
ne ſpūs et virtute: per quem mi=
rabilib⁹ ꝯſummatis/et ſ̄bor ſuor

fide facta vniuerſo orbi regni ce=
lorum ſcientiam tradiderūt. par
uiducētes plures libros condere
ꝙ huiuſcemodi predicationis ac
tio/nō argumēto humani ſermo
nis: ſed a ſtipulatione diuine vir
tutis indigeat.

B ¶ Deniqꝫ paulus q̄ inter om
nes aplos eruditior etiam in ver
bis videtur: et in ſenſibus prepo=
tens non amplius ꝙ paruum epi
ſtolarum ſuarū corpus reliquit.
Qui vtiqꝫ immēſa cōtineret ītra
le atqꝫ innumera ſacramenta. vt
pote qui etiam vſqꝫ ad tertiū ce=
lum raptus/q̄ gererent inſpexe=
rat: ⁊ in ſpū quoqꝫ deo dignū pa=
radiſum abduct⁹ audierat ibi in
effabilia verba et doctrinā/ que=
cunqꝫ illa inibi eſt/ſiue corporeus
ſiue incorporeus: illi⁹ iterū ſcho=
le diſcipul⁹ effect⁹ excepat. Sȝ et
reliqui dñi ac ſaluatoris nr̄i diſci=
puli non ſolū ex illis duodecim: ſȝ
⁊ ſi q̄ extra numerū hunc de ſcho
la ipſi dñi ⁊ ſaluatoris noſtri ſermo
nē aliquē diuinit⁹ inſpirati mēo=
rie reliquerūt. breuem hunc ⁊ ſuc
cinctū p oīa eſſe voluerūt. Igit̄ ex
ipſis diſcipulis dñi. Matheus tm̄
mō ⁊ iohēs ad ſcribendū appuliſ
ſe aīm tradunt: neceſſitateqꝫ qua=
dā in hoc ipm ꝓuocati. Mathe⁹
em̄ prio hebreis p̄dicauerat. Ve
rū cū pararet trāſire ad gentes/
patria lingua ſcripturā ꝯpoſuit:
⁊ ea q̄ predicauerat ꝯprehēdens
dereliquit iis/ad memoriā a qui=
bus proficiſcebat̄ vt gentib⁹ p̄dica
ret. Poſthūc luce ⁊ marci ſcriptu
ra euangelica/ ſcdm eas cauſas
quas ſuperi⁹ diximus editur. Jo=
hannē p̄o tradūt vſqꝫ ad vltimū
pene vite ſue tp̄s abſqꝫ vlli⁹ ſcri=
pture indiciis euangelium predi=
caſſe. Sed cum horum trium eiū

geliorum etiam ad ipſũ noticia perueniſſet ꝓbaſſet quidaȝ dicitur fidem ⁊ veritatem dictorum. Deeſſe tamen vidit aliqua, ⁊ ea maxime que primo predicatiõis ſue tẽpore dominꝰ geſſerat. Certum eſt enim ꝙ in ſuperioribꝰ tribus euangeliis: hec videntur ſola contineri: que ab eo geſta ſũt anno quo Joannes baptiſta vel incluſus eſt in carcere, vel punitꝰ. Deniqꝫ ſi obſerues: ſtatim in initio narrationis poſtea ꝙ̃ refert matheus de quadraginta dierũ ieiunio et de temptatiõe eius cõtinuo ſubiicit dicens. Audiens autem quia Johannes traditus eſt diſceſſit de iudea et venit in galileam. Sed ⁊ marcus ſimiliter poſteaqꝫ inquit traditꝰ eſt Johannes venit Johãnes in galileã. Lucas vero etiã priuſqꝫ icipiat aliqd de actibꝰ referre ieſꝰ dicit quia adiecit herodes ſup oĩa mala que geſſerat ⁊ cõcluſit Johãnẽ in carcerẽ. Quia igitur ab hiis hec videbãt omiſſa: rogatꝰ ẽ Johãnes apoſtolus. vt ea que preteriebãt priores añ traditionẽ Johãnis ſaluatoris geſta cõſcriberet. Et ideo dicit i euãgelio ſuo hoc fecit initiũ ſignoꝝ ieſꝰ. Et iterũ i alio loco indicat dicens. Nõdum enim Johannes miſſꝰ erat i carcerem. Ex quibus cõſtat ꝙ ea que anteqꝫ Johannes traderetᷣ ab ieſu fuerãt geſta deſcribit. Et ideo ſi quis hoc diligẽtiꝰ conſideret euidẽter inueniet nõ ſibi euãgelia diſſonare. ſed alterius temporis geſta eſſe q̃ ſcribit Johannes alterius vero que ceteri. Vñ qꝛ natiuitatẽ ſecundũ carnẽ ſaluatoris vel matheꝰ vel lucas deſcripſerat ireticuit hoc Johãnes et a theologia atqꝫ ab ipſa eiꝰ diuinitate ſumit exordiuȝ. Que p[…] ſine dubio ipſi velut eximio p ſpi[…] ritum ſanctuȝ reſeruata eſt. Hec[…] etiam de euangelio Johannis d[…] cta ſint. ¶ De Marci vero euan[…] gelio ſufficienter ſupra compre[…] henſum eſt. Lucas vero in initio euangelii ſui cauſam cur ſcribe[…] ret indicauit. Videlicet quonia[…] multi alii temere preſumpſeran[…] enarrare que ſibi magis erãt ad liquidũ comperta. Volens ergo abſtrahere nos a ceterorum nar[…] rationibus fidem facit per ſe con[…] ſcripte veritati. certus ꝙ eaȝ vel paulo exponente vel aliis apoſto[…] lis qui ab initio ipſi viderant ac ſibi tradiderant conſecutus ſit: ⁊ hanc nobis per propriũ euange[…] lium tradat. Hec a nobis etiã de Luca breuiter dicta ſint. Oportu[…] nius vero ⁊ plenius in tẽpore, inſertis iis q̃ antiqui auctores ſcripta reliquerunt vt ſe cuncta habeant indicabimꝰ. Johannis tamen extãt preterea et epiſtole de quarum prima neqꝫ ab antiquis vnqꝫ a poſteris dubitatuȝ eſt. De reliquis vero duabus. Et de reuelatione etiam nunc anceps ſententia habetur. De quibus vt dixi ⁊ a veteribꝰ dubitatũ ſuis in locis ipſoꝝ vocibꝰ approbabimꝰ.

B ¶ Ut ergo quandoquidem in hoc deuenimus locos, omnem noui teſtamẽti canonem deſignemus. Primo nobis omnium euãgeliorum celeſtis quadriga iungatur. His actus apoſtolorum copuletur. Poſt hos pauli epiſtole ſocientur. Conſequatur vero has prima Johannis epl'a. Similiter et petri prima: hec ſunt de quibꝰ nulla vnqꝫ prorſus extitit dubitatio. Sequẽti loco iam ſunt illa de quibus a nonnullis dubitatũ eſt.

Reuelatio iohannis de quaquid ſinguli veterum ſenſerint ſuis in locis oſtendemus. Et epiſtola Jacobi ſed et iude. Petri quoque ſecūda et item Johannis ſecunda et tertia ſiue he ipſius euāgeliſte ſiue etiam alterius eius cognominis oſtendātur. Poſt hec iam ſcriptura eſt que dicitur actus pauli. Sz et libellus qui appellatur paſtoris et reuelatio petri: de quibus tamen maxime dubitatur: fertur etiam Barnabe epiſtola et doctrina que dicitur apoſtolorum. Quidam autē his ſociant etiam euangelium quod dicitur ſecūdū hebreos. Quo precipue vtuntur ille hebrei qui chriſtum ſuſcipere videntur ſed in eccleſia ei contradicitur. Que omnia tamē a nobis neceſſario enumerata ſunt vt abſque vlla ambiguitate clareſcere que ſint in veri auctoritate: que ſint in quibus vel contradictio aliqua vel etiam cunctatio: cū tamē a quam plurimis eccleſiis recipiantur ſoleat amitti. Sz et de eis ſciendū eſt que ſub nomine apoſtolorū ab hereticis preferuntur: velut petri et Thome et matthie et ceterorum ſimiliter apoſtolorū que apellant euangelia. Sed et Andree et Johannis atque aliorum apoſtolorū actus quos nullus prorſus in ſcripturis veterū eorum dumtaxat: qui apoſtolis ſucceſſerunt aliqua mentio eorum aut commemoratio habetur. Jn quibus et ipſe ſtilus multum ab eccleſiaſtica conſuetudine deprehenditur eſſe diuerſus. Senſus quoque ipſe et omnia q̄ in his inſeruntur longe ab apoſtolica diſſonant fide. Et quo figmenta eſſe prauitatis heretice comprobātur. Unde non inter illa quidem de quibus dubitari diximus collocanda ſunt: ſed vt aliena penitus et a pietatis regula diſcrepātia propellanda. Uerum ad hyſtorie ordinem redeamus.

¶ Capitulum vigeſimum de menandro mago.

Situr ſymoni mago menander ſuccedit. ſcutū diaboli nō inferius primo. Et ipſe samarites genere. Jn arte autē magica ſolus repertus eſt: qui non modo equiparare: ſed et ſupgredi impietatē magiſtri poſſet. Maioribus quippe portentis efferebat ſemet ipſum ſaluatorē dicens ad hominū ſalutē de celeſtibus et inuiſibilibus ſeculis deſtinatum. Aſſerens non aliter poſſe vnum quenque angelos ſeculi vincere: niſi prius a ſemet magice artis per ordinē ſuſcipere diſciplinā: et per baptiſmū a ſe datū immortalis et eterni effectus in hac vita ppetuus fieret: q̄ omnia ex libris hyrenei volentibus ſcire pfacile eſt. Sed et Juſtinus in his ipſis in quibus Symonis fecerat mētionē, etiam de hac talia quedā ſcribit Menandrū quendam ſamaritanū ex vico capparatthea Symonis diſcipulum: ſtimulis demoniacis incitatum veniſſe anthiochiam: et quam plurimos per artē magicā decepiſſe ſcimus. qui hoc etiam ſuadere potuit ſectatoribus ſuis quod nō eſſent morituri: Ex quibus in hodiernū ſunt aliqui ex illo eadem confitētes: quod eſt vere dyaboli cōmentum et homines magi chriſtianorum ſibi nomen imponerent: quo per hoc ſanctū et venerabile reli

gionis noſtre miſterium macula
rent:qui tamẽ irrident ⁊ ſpernũt
eccleſiaſtica dogmata:vel de im
mortalitate anime :ve de reſur=
rectione mortuorũ. Verũ hi tali=
bus freti auctoribꝰ de ſpe ſalut
et vite penitus exciderunt.

¶ Capitulũ. vigeſimum pri=
mũ de ſecta ebioniorũ.

Sed ⁊ alios idez de
mon quos ab amo
re chriſti ſeparare
non poterat:alia ni
chilominus arte de
cepit:id eſt ebioni=
os qui interpretantur pauperes.
Vere enim pauperes ſunt ⁊ ege
ni in ſcientia glorie chriſti. Quo=
niam quidẽ ſoluz eũ hominez pu
tant.et per profectũ vite ac virtu
tis virum iuſtũ effectum. Com=
muni etiã natiuitate ex viro ⁊ fe
mina procreatum. Cuſtodiaz ve
ro cenſentes etiam legis obſer=
uantiam:nec ſufficere ad ſalutez
ſolam chriſti eſtimant fidez. Qui
dam tamen ex ipſis refugiũt hãc
impietatem:vt ex viro et femina
afferant eum natum:ſed confitẽ=
tur de ſpiritu ſ ancto ⁊ maria vir
gine. Nec tñ ſemper euz fuiſſe de
um ⁊ verbum ac ſapientiam dei
fatentur. Corporalem vero legis
obſeruãtiam cuſtodiũt: Apoſtoli
autem epiſtolas omnes pariter
reſpuant : et ipſum apoſtatam le
gis appellant. Vtuntur ⁊ euãge=
lio vno quodam quod ſecundum
hebreos appellatur. Cetera om
nia nichil ducunt. Sabbata cum
iudeis ſecũdum legem nobiſcum
dominicam diem ſacratam pro
reſurrectione dñi obſeruant. Vn
de cõpetenter ebionite pro pau=
pertate intelligẽtie ꝯpellati ſunt

¶ Ca. xxij. de cherintho heretico

Hiſdem temporibus
etiam alterius he=
reſeos abortũ prin
cipẽ cherintũ acce=
pimus. De quo gay
us:cuius iam in ſu=
perioribus fecimus mentionem:
in diſputationum ſuarũ dialogo
ita ſcribit. Sed et cherintibus in
quit per reuelationes quaſdam
quas velut a magno apoſtolo cõ
ſcriptas. ⁊ p angelos eis reuela=
tas putaret: alia quedaz porten
ta nobis introducit. Poſt reſurre
ctionem ter renuz dicit futurum
eſſe regnũ chriſti in hieruſalẽ. Et
homines in carne iterũ cõcupiſcẽ
tiis ⁊ viciis ſubiectã conuerſatio
nẽ habituros. Cõtra fidẽ quoqꝫ
ſcripturarum quoſdam mille an
nos deſignat:in quibꝰ multa qui
dem ⁊ alia corruptionis opera ⁊
nuptiaruz feſtiuitates dicit futu=
ras:ad eos qui libidini ſunt dedi
ti decipiendos. Sed ⁊ Dyoniſius
cũ de iohãnis reuelatiõis diſſere
ret:⁊ quedam ſecundũ ea que an
tiquitus eccleſie tradita fuerant
diſputaret mentionẽ facit huius
ipſius viri in his verbis. Cherin
thus inqt a quo ⁊ cherithiana he
reſis oborta eſt figmẽti ſui aucto
ritatẽ magni nominis acquirere
ſcđm ſcripture huius prauam in
telligentiam geſtiebat. Quippe
cuiꝰ hec erat hereſiis vt affirma
ret terrenum futurum eſſe chriſti
regnũ. Et quia erat ventri ⁊ gule
ac libidini deditus ea futura de=
cernebat:que ſibi propria libido
dictabat: ventris et eorum que
ſub ventre ſunt incitamenta:ci=
bis:potibus:nuptiis: predicabat
explenda: Et vt aliquid ſacratiꝰ
dicere videretur legales agebat
feſtiuitates rurſum celebrandas

et hoſtias carnales iterū iugulā
das. Hymeneus vero ſecretiora ip
ſius heretici in primo operis ſui
libro publicauit. Que inde diſcat
ſi qui plenius ſcire vult.

Capitulum decimū tertiū de
nicolao ⁊ hereſi nicholaitarū.

Sed et alia hereſis q̄
appellatur Nicho-
laitharū perpauco
tempore tenuit. Cu
ius etiā in reuelatio
ne Johannis mētio facta eſt. Iſti
nicholaū vnū ex illis qui cū Ste
phano ab apoſtolis ↄſtituti ſunt
diaconi: auctorē ſe habere iacta
bant. Sed clemens alexandrinꝰ
in tertio libro ſtromatū: hec de
eo ſcribit. Pulchrā inquit: valde
hic vxorē habuit ⁊ poſt aſcenſio
nē dn̄i ⁊ ſaluatoris noſtri cū in-
creparetur ab apoſtolis tāq̄ de
zelotipie iniuria ꝓductā in medi
um vxorē ſuā ſi quis eam vellet
habere permiſit. Ex qua occaſio
ne iſti ↄn̄s putauere. vt ſc̄dm hoc
factū vel dictum Nicolai vnuſ-
quiſq̄ carne ſua in q̄ delectaret
abuteret̄. Et obtinētes dictū vl'
factū ſimpliciter vel innocenter
abſq̄ vlla reuerentia promiſcu-
os nunc ⁊ illicitos concubitꝰ ex-
petunt: hū qui ſub illius nomine
ſectam ſibi ꝓprie libidinis aſſum
pſerunt. Michi autē compertū eſt
Nicolaū nullā prorſus agnouiſ
ſe mulierē preter eā quā in ma
trimonio acceperat. Cuius etiā
liberi: femine q̄dē vſq̄ ad vltimā
ſenectutē caſta virginitate dura
uerunt filius autē ipſius ſancti-
tatem incorrupti corporis cuſto
diuit. Que cū ita ſe habeāt ↄſtat
illud quod in medio apoſtolorū
pro zelotipie ſuꝑſtitione ꝓducis
vxorē: exꝑ.amni vitij vel libidi-
nis geſtū: quo per hec ↄtinentem
ſe oſtēderet eiꝰ rei: quā nimie pu
tabat̄ expetere cōtennendā ma-
gis q̄ expectandā carnis edocēs
voluptatē. Quoniā quidē nole-
bat vt opinor ſm̄ preceptū ſalua
toris duobꝰ dn̄is ſeruire: libidini
et deo. Dicūt autē etiā Matthi
am ita docuiſſe aduerſum carnē
pugnandū: ⁊ in nullo prorſus vo-
luptati eius ac libidini concedē-
dū. Animā vero alendā ſapien-
tie paſtibꝰ ⁊ ſciētie cibis in maiꝰ
ſemꝑ augendā. Hec de illis here
ſibus que tēporibꝰ memoratis a
veritate declinātes cito extincte
ſunt retuliſſe ſufficiat.

Capitulū.xxiiij. ꝙ apoſtoli
nō ſunt aſpernati nuptias.

Clemens ſane hic cu
ius voces annotaui
mus: ſcribēs aduer
ſus eos qui nuptias
ſpernūt: inter cete-
ra etiam hec dicit.
An ⁊ apoſtolos improbāt. Petrꝰ
etēm ac Philippus ⁊ vxores ha-
buerūt ⁊ filias etiā viris nuptū
dederūt. Sed ⁊ Paulum nō tedet
apoſtolū in quadam epiſtola ſua
mētionē vel ſalutationē facere
cōparis ſue: quam ſe ideo negat
circunducere: vt ad predicatio-
nē euāgelij expeditior fiat. Uerꝫ
q̄m clementia fecimus mentionē
abſurdū nō erit aliā quoq̄ eius
memorabilē narrationē ꝓferre:
quā in ſeptimo eiuſdē operis li-
bro ita inſeruit. Aiūt inq̄t beatū
Petrū cū vidiſſet vxorē ſuā duci
ad paſſionē gauiſū eſſe electiōis
grā ac reuerſionis ad ꝓpriā domū
exclamaſſe poſt eam cum ducere
tur: ac proprio nomine compel-

lantem dixiſſe. O [illegible] memē
to domini. Talia erant ſanctorū
coniugia: tam perfecta fuit affe=
ctio beotorum.

Capitulū. xxv. de Johannis et
philippi obitu.

Situr q̄r de vite
exitu petri vel pau
li iam in ſuperio=
rib⁹ explanauim⁹
ſed ⁊ tēp⁹ Johan
nis quo vita ex=
ceſſit ex parte iā
dixim⁹. nūc etiā de loco quietis ſe
cūdū fidē Polycratis Epheſij epi
ſcopi, edocere cōueniēs puto. Hic
etenī polycrates victori ep̄o vr=
bis Rome ſcribens: ⁊ ipſi⁹. ⁊ phi=
lippi apoſtoli ac filiarū ei⁹ pari=
ter, meminit dicens. Sicut iā ſu=
peri⁹ inſeruim⁹: quod magna lu
mina in aſie partib⁹ dormierūt:
que reſuſcitabit dn̄s innouiſſimo
die aduent⁹ ſui cū venerit in glo
ria: ⁊ requiret oēs ſanctos ſuos.
Dico autem de Philippo inquit
qui fuit vn⁹ ex apoſtolis qui dor
miuit apud Jerapolim. Sed et
due ei⁹ filie mihi virgines conſe
nuere: ⁊ alia ei⁹ filia ſpiritu ſan=
cto repleta pmanſit apud Ephe
ſum. Et iohāes ille qui ſupra pe=
ctus dn̄i recūbebat: qui fuit ſacer
dos: dei pōtificale prelatū geſtās
martyr ⁊ doctor optim⁹ apō ephe
ſum dormiuit. Hec etiā de locis
in quib⁹ requieſcūt in ſummo pa
cis: adieciſſe ſufficiat. Sz ⁊ gay⁹
cui⁹ ante mētio facta eſt: in dya
logo ſuo. quem cū proculo diſpu=
tans ſcribit. de filiab⁹ Philippi ſi
mul ⁊ obitu ipſius: conſonis vo=
cibus memorat dicens. Poſt hoc
autem pphetiſſe quatuor fuerāt
philippi filie: cui⁹ ſepulchrum eſt

apud Jeropolym Aſie vrbē vn[illegible]
cum filiab⁹ ſuis. De his autē e[illegible]
Lucas in actib⁹ apoſtolorū me[illegible]
minit cum adhuc apud ceſare[illegible]
degerent. dicit ergo ita. Venim[illegible]
inquit ceſaream: et ingreſſi in d[illegible]
mū Philippi euangeliſte q̄ era[illegible]
ex ſeptē manſim⁹ apud eū. Hu[illegible]
aūt erāt virgines filie quattuor [illegible]
phetantes. His igitur a nobis d[illegible]
apoſtolorū tp̄ibus vel exceſſibu[illegible]
prout potuim⁹ ex ſcripturis vete[illegible]
rū ꝯgregatis. Sed ⁊ de ſcripturi[illegible]
rū canonicarū q̄ i auctoritate ha[illegible]
beant libris vel q̄ penit⁹ repudi[illegible]
tur. Qui vero medij quodamm[illegible]
do ad inſtructionem ab eccleſij[illegible]
nō etiā ad indubitantē auctorit[illegible]
tem recepti ſint conſequenter e[illegible]
poſitis. tendamus ad cetera.

Capitulū. xxvj. quomodo S[illegible]
meon hieroſolymorū ep̄s mort[illegible]
pro xp̄o, conſtantiſſime ptulit.

POſt Neronē Dom[illegible]
tianūq; ſub hoc cu[illegible]
ius nūc tēpora me[illegible]
moram⁹: per ſingu[illegible]
las ciuitates ex in[illegible]
ſolentia populi pe[illegible]
ſecutionē i nr̄os accepim⁹ mot[illegible]
A Quo in tēpore etiā Syme[illegible]
on Cleophe filius quem ſecund[illegible]
hieroſolymis ordinatum Epiſc[illegible]
pum ſupra edocuimus per ma[illegible]
tyriū carnis vinculis reſolut⁹ e[illegible]
Horum aſtipulator: ipſe ille e[illegible]
Egeſippus: quē in pluribus ia[illegible]
produximus teſtem. Is ergo re[illegible]
fert: q̄ a quibuſdam hereticis a[illegible]
cuſatus ſit ſupradictus vir tan[illegible]
chriſtianus ⁊ multis ſupplicijs [illegible]
flict⁹ per multos dies: ita vt eti[illegible]
iudex ipſe cū amicis ſuis de ei[illegible]
patiētia miraret. Et ad vltim[illegible]
iuberet ſimili cum qua dominu[illegible]
pertulit paſſionem vitā finire.

Sed ⁊ ipſa verba quibꝰ hec proteſtatur addere gratiꝰ puto. Ait ergo cū de hereticis diceret. Ex his igitur ipſis accuſauerunt quidem Symeonem cleophe filium: tanq̄ qui eſſet ex genere dauid et Chriſtianus. Et ita martir effectus eſt: cum eſſet annorum centū vigiti ſub Traiano Ceſare apud Atticum conſularem. Addit autem etiam hoc ꝙ accuſatores eiꝰ cum in illis temporibus perquirerentur ſi qui ex genere dauid ⁊ ex regia tribu deſcenderent, comprehēſi ſunt inter ipſos. Quod autem Symeon vnus fuerit ex ipſis auditoribus domini: vel longeuitas eius inditio eſt vel euangeliorum fides vbi etiam mater eius Maria cleophe vxor refert. Sed ⁊ alios quoſdam idē ſcriptor refert, preter eos de quibus diximus nepotes. Jude vnius ex fratribꝰ domini per idem tempus ſuperſtites inuentos et Domitiani temporibꝰ martires factos. hoc modo ſcribens. Ueniunt igitur hi et preſunt omni eccleſie tanq̄ martires et propinqui domini: ⁊ reddita pace eccleſie permanſerunt vſq̄ ad tēpora Traiani ceſaris vſq̄quo conſobrinus dn̄i Symeon de quo ſupra diximus filius cleophe calumniam pateretur ab hereticis tanq̄ chriſtianus conſulari delatus. Cumq̄ multo tēpore ſupplicijs fuiſſet affectꝰ martirio cōſummatus eſt. omnibus qui aderant ⁊ ipſo iudice mirantibus. vt centum viginti annorū ſenex crucis ſupplicium pertuliſſet.

B ¶Poſt hec idem ſcriptor addit etiam hoc ꝙ vſq̄ ad illa tempora virgo munda ⁊ immaculata permanſit eccleſia. Corruptoribus veritatis ⁊ diuini verbi temeratoribus aut nunq̄ omnino extātibus aut etiam ſi quid forte fuerant in occultis et abditis hiatibus terre deliteſcentibus. Ut vero et apoſtolorum chorus ⁊ omnis illa etas que a domino ſuſceperat viue vocis auditū de hac luce diſceſſit. Tum velut in vacuā domū falſe doctrine impius ſe error immerſit ⁊ tanq̄ vbi nullus iam diuini cenſus defenſor exiſteret. nudato vt aiunt capite corripiētes arma mendacij oppugnare apoſtolicam veritatē nituntur. Sed iſtud bellū intrinſecus gerebatur. Perſecutionum vero extrinſecus pondus vrgebat eccleſiam ⁊ tam immenſe caterue martirū quotidie iugulabantur. vt Pliniꝰ ſecundus qui tūc prouinciā amminiſtrabat, multitudine interemptorū permotus referret ad imperatorem ꝙ innumera hominū milia quotidie obtruncarentur: in quibus nihil omnino ſceleris deprehenderetur admiſſum: aut aliquid contrariū romanis legibus geſtum niſi hoc ſolū ꝙ ante lucā nos hymnos chriſto cuidā canerent deo. Adulteria vero vel cetera huiuſmodi crimina apud eos illicita haberi ⁊ penitus arceri. Cetera vero ſecundum leges eos agere cōmunes.

¶Capitulum. xxvij. ꝙ traianus chriſtianos vetuerit inquiri.

AD quem tunc Traianꝰ reſcripti ſui auctoritate decernit. vt chriſtiani nō quidem requirātur ſi qui tamen inciderint puniātur per quod ex parte aliqua perſecutionis ſedatū putabatur incendiū. Sed his q̄ nequitiā ſuā aduerſū nos exercere cupiebāt. ledēdi

occaſio non videbat exẽpta. In-
terdum em̄ populꝰ inſtigabat in-
terdum etiā iudex occaſionibus
vtebatur: ⁊ negabat q̄ſitos quos
punire voluiſſet oblatos. hec ter-
tulianus in apologetico ſuo dicit
ex quo poſſunt inſtrui plenꝰ ſci-
re cupientes.

¶ Capl'm. xxviii. de ſucceſſio-
ne quorūdam epiſcoporum.

Sit in vrbe roma ter-
tius ab apoſtolis cle-
mens nouē annis ſa-
cerdotio perfunctus.
Euariſto diuini verbi
tradit miniſteriū. In hieroſoly-
mis ꝓo Symeone de quo ſuperiꝰ
dixiꝰ defuncto iuſtus quidā ex
his q̄ de circūciſione ad fidē chri-
ſti venerant epiſcopatū ſuſcepit.
Quibus temporibus apud Aſiā
ſuperat adhuc et florebat ex apo-
ſtoloꝝ diſcipulis policarpus myr-
neorum eccleſie epiſcopus: ⁊ pa-
pias ſimiliter apud Ierapolym ſa-
cerdotium gerens.

Capl'm. xxix. de ignatio et
epiſtolis eius. A.

Ed ⁊ in noſtra quoq̄
tempora fame cele-
tate vulgatus Igna-
tiꝰ apud anthiochiā
poſt Petrum ſecūda
ſucceſſione epiſcopatum ſortitus
eſt. Quē ſermo tradidit de Syrie
partibꝰ ad vrbē romā trāſmiſſuꝫ
et ꝓ martirio Chriſti ad beſtias
datū. Quiq̄ cū per Aſiam ſub cu-
ſtodia nauigaret ſingulas quaſ-
q̄ digrediēs ciuitates eccleſie po-
pulos euangelicis cohortationi-
bus edocebat in fide perſiſtere ⁊
obſeruare ſe ab hereticoꝝ conta-
giis qui tunc primū copioſiꝰ cepe-
rant pullulare: ⁊ diligentiꝰ ac te-
natius apoſtolorum traditioni-
bus inhererent. Quas traditio-
nes cautele grā ⁊ neq̄d apud po-
ſteros remaneret īcerti etiā ſcr-
iptis ſe aſſeuit epiſtolis reliquiſ-
Denīq̄ cū ſmirnam veniſſet v-
erat Policarpus ſcribit inde vn-
eplām ad Epheſios eorūq̄ paſ-
rem in qua meminit et Oneſim-
Aliam magneſie ciuitati q̄ ſup-
meandrū iacet. In qua ⁊ epī D-
mei mentionē facit. Sꝫ ⁊ ecclie
eſt trallis ſcribit cuiꝰ principē t-
eſſe Polinnū deſignauit. In ea v-
ro quē ad Roma. Eccleſiam ſc-
bit deprecatur eos ne ſe tanq̄ ſu-
plicijs ſuis parcētes velint priu-
re martirio. Et his poſt aliqua-
ta vtit verbis a ſiria inquit Ro-
mam cūvſq̄ beſtijs terra mari-
depugno die ac nocte connexus
colligatus decē leopardis de m-
litibus dico ad cuſtodiaꝫ datis
ex beneficijs nr̄is ſeniores fiun-
Sed ego eorū neq̄tijs magis er-
dior nec tn̄ in hoc iuſtificatꝰ ſum
O ſalutares beſtias q̄ prepara-
tur michi qn̄ venient qn̄ emitte-
tur qn̄ eis frui licet carnibꝰ me-
quas ⁊ ego opto acriores para-
⁊ inuitabo ad deuorationē me-
deprecabor ne forte vt in nonn-
lis fecerūt timeant cōtingere c-
pus meū: Quinimo ⁊ ſi cunctab-
tur. ego vim faciā. Ego me ing-
ram. Date queſo veniā ego no-
q̄d expediat michi. Nunc incip-
eſſe diſcipulus xp̄i. Faceſſat inu-
dia vel hūani affectus vel neq̄-
ſpūalis vt ieſuꝫ xp̄m merear a-
piſci Ignes vel cruces beſtie di-
ſiones oſſium diſcerptioneſq̄ m-
broꝝ ac totiꝰ corporis pene ⁊ o-
in me vnū ſupplicia diaboli ar-
queſita conſentur dum modo I-
ſum Chriſtū merear adipiſci h-
⁊ multa alia his ſimilia ad diu-

ſas eccleſias ſcribit.
B ¶Sz ꝛ polycarpū velut apo
ſtolicū virū datis lr̄is anthioche
nam ei eccleſiā precipue ꝯmēdat
ad ſmyrneos, ſane ſcribēs vtitur
verbis quibuſdam/ vñ aſſumptis
neſcim⁹ quibus hec de ſaluatore
ꝓloquit. Ego autē poſt reſurre=
ctionē quoqꝫ in carne eū ſcio fuiſ
ſe ꝛ credo. Nā ꝛ cū veniſſet ad pe
trū ceteroſqꝫ ait eis. Accedite et
videte qꝛ non ſum demoniū incor
poreū. Qui ꝛ contingentes eū cre
diderūt ei. Scit autē et hyreneus
ei⁹ martiriū: ꝛ mētionē facit ſcri
ptoꝝ eius p hec v̄ba. Sicut dixit
inquit quidā ex noſtris ꝓ marti=
rio xp̄i dānatus ad beſtias. Fru
mentū inquit ego ſum dei beſtia=
rū dentib⁹ moror ꝛ ſubigor vt pa
nis mund⁹ efficax chriſto. Sed et
Policarp⁹ horū memoriā facit in
ep̄la quē ad philippenſes ſcribit
p hec. Depcor inquit oēs vos obe
dientie operā dare ꝛ meditari pa
tientiā quam vidiſtis in ignatio
ꝛ Rufo. ꝛ zozimo btīs viris. Preci
pue autē in paulo ꝛ ceteris ap̄lis
qui fuerūt apud vos ſciētes qꝫ his
omnes non inuacuū ſed per fidē
et iuſtitiā cucurrere vſquequo p=
uenirēt ad locū ſibi a dn̄o ꝑpara=
tū. Quoniā quidā paſſionū eius
participes extiterūt nec dilexere
ꝑſens ſeculū ſed eū ſolū qui ꝓ ip=
ſis ꝛ ꝓ nobis mortu⁹ eſt ꝛ reſurre
xit. Et poſt pauca ſubiūgit. Scri
pſiſtis michi ꝛ vos ꝛ Ignati⁹ vt ſi
quis vadit ad partes ſyrie defe=
rat litteras ad vos. Quod faciā
cū tēpus inuenero. Mittā vobis
ꝛ ignatii ep̄las ꝛ alias ſi que ſunt
que ad nos trāſmiſſe ſunt ex qui=
bus vtilitatē maximā capiatis
continent enim de fide ꝛ patien=
tia inſtructionē perfectam ſcd̄m
dn̄i ꝑceptū. Hacten⁹ de ignatio.

¶Capitulum. xxx. de quibuſdā euangeliſtis qui poſt apoſtolos claruerunt.

Poſthunc rexit eccle=
ſiam ciuitatis Antio
chene heros. Inter
eoſdē ſane floruit vir
eque inſignis Qua=
dratus. Qui vna cum philippi fi
liabus in prophetica gratia cele
berrimus fuiſſe perhibetur. Sed
ꝛ alii plurimi per idē tēpus apo
ſtolorum diſcipuli ſuperſtites erant
qui eccleſie fundamentis que ab
illis locata fuerant digniſſima de
ſuper fidei edificia conſtruebant
augentes in omnibus predicatio
nem verbi domini: ꝛ ſalutaria ſe=
mina regni celorum per omnem
terram latius diſſerētes. Deniqꝫ
nonnulli ex his ardentiore diui=
ne philoſophie cupiditate ſuccen
ſi animas ſuas verbo dei cōſecra
bant explentes perfectionis ſalu=
tare ꝑceptum: vt facultates ſuas
prima indigentib⁹ diuidentes ex
pediti ad predicandū euangeliū
fierent. Ut ſi quibus forte prouin
tiis nomen fidei eſſet cognitū pre
dicarent primaqꝫ apud eos fun=
damenta euangelii collocātes at
qꝫ electis quibuſqꝫ ex ipſis officiū
regende eccleſie quam fundaue=
rant committentes. Ipſi rurſum
ad alias gentes aliaſqꝫ prouin=
cias properabant. et euangeliſta
rum fungebantur officio. Quoſqꝫ
ſimiliter vt in exordio apoſtolos
diuinorum ſignorum ſe comitaban
tur effectus ꝛ ſancti ſpiritus gra
tia: ita vt videres vna allocutio=
ne integros ſimul populos ad cul
tum diuine religionis adduci et
predicantium verbis non eſſe tar
diorem audientium fidem. Uerū

quoniã impoſſibile eſt nobis ſin=
gulos enumerare qui poſt apo=
ſtolorum primas ſucceſſiones in
eccleſijs que per orbẽ terre ſunt
vel principes vel euangeliſte fue
rint vel paſtores illos tantummo
do commemoraſſe ſufficiat quo=
rum libris inſerta ad nos vſq; fi=
dei ⁊ predicationis monumenta
venere. Ut clementis ⁊ ignatij ce
terorũq; quorum ſuperius faci
mus mentionem.

¶ Capitulum. xxxi. de epi
ſtola Clemẽtis ad Corin=
thios ⁊ libris papie.

CLemens tamẽ in epi
ſtola quam ad Cori
thios ſcripſit memi=
nit epiſtole pauli ad
hebreos et vtitur eiꝰ
teſtimonijs.

A ¶ Unde conſtat ꝙ apoſtolꝰ
tanq; hebreis mittẽdam patrio
eam ſermone conſcripſerit: et vt
quidam tradũt. Lucam euange=
liſtam: alij autem hunc ipſum cle
mẽtem interpretatum eſſe: quod
et magis verum eſt: quia ⁊ ſtilus
ipſe epiſtole Clementis cum hac
cõcordat et ſenſus nimirũ vtriuſ
q; ſcripture plurimam ſimilitudi
nem ferũt. Dicit̃ tamen eſſe alia
Clementis epiſtola cuius nos no
ticiam nõ accepimus. Sed ⁊ alia
eius opuſcula non minima a non
nullis haberi perhibentur, velut
Petri et Appionis diſputatio: q̃
in vſu a veteribꝰ habita minime
reperimꝰ: quia nec pura in eis et
incorrupta apoſtolice fidei regu
la manſiſſe deprehenditur. Papie
quoq; ferũtur quinq; libri q̃ atti=
tulatur verboꝝ dominicoꝝ expla
natio horum facit ⁊ hirenęꝰ mẽ
tionem per hec verba
¶ hec autem ⁊ papias Joannis

auditor policarpi vero cõdiſcipu
lus ⁊ ſodalis vir vnꝰ ex antiquis
pteſtatur in primo libro ſuo. Qu
q; enim volumina cõſcripſit. hec
quidem hyreneus de papia. Ip=
ſe vero de ſe indicat tanq; qui nõ
ab apoſtolis ſed ab eorum diſci=
pulis ſuſceperit fidẽ: per hec ver
ba. Non pigebit autem nos tib
omnia que quondam a preſbite=
ris didicimus et bene retinemus
recordantes exponere cum inte
pretationibus ſuis: et vt ſe eorum
veritas habeat explicare. Neq;
enim multa dicentibus: ſed ver=
tradẽtibus auſcultauimus neq
his qui hominũ precepta ſed qu
domini mãdata memorabant ab
ipſa veritate ſuſcepta. Qď ſi qu
do aduenîſſet aliquis ex his q̃ ſe
cuti ſunt apoſtolos ab ip̃o ſedulo
explicabar q̃d Andreas quid Pe
trus dixerit quid autẽ Philippꝰ
vel Thomas quid vero Jacobꝰ
quid Johãnes aut quid Mathe
vel alius qui ex diſcipulis domi
ni: que ve Ariſtion vel Joanne
preſbyter ceteriq; diſcipuli dice=
bant. hec enim tantum michi li
brorũ electiones prodeſſe crede
bam quantũ viue vocis p̃ſentiſq
magiſterium. Sed michi dignum
videtur intendere ꝙ ſcďo nome
Johãnis enumerat: ⁊ eum quide
cuius primo meminit Petro ⁊ Ja
cobo ac Matheo ceteriſq; apo
ſtolis ſociat quem ſine dubio ip̃
euãgeliſtam eſſe ⁊ ap̃lm conſta
Alium vero Johannẽ diſtinctio
ne quadam facta extra apoſtol
rum numerum collat preferẽs
Ariſtionem quandam ⁊ euiden
ter eum preſbyterũ nominat:
per hec comprobetur verum eſ
illud quod quidam Aſiã ſcribi
ꝙ duo ſint apud Epheſum ſepu

chra ⁊ vtriuſq; Johannis appella
tur. Quibus ſic diligentius intē-
damus fortaſſis ſecund⁹ hic erit
Johannes ſi ille non creditur pri
mus ſub cuius nomine reuelatio
habetur que appellatur Johan-
nis. Sed ⁊ hic ipſe de quo nobis
ſermo eſt Papias apoſtolorū ſe
verba ab his qui ſecuti eos fue
rant Ariſtione videlicet ⁊ Johā
ne preſbytero aſſerit ſuſcepiſſe.
Unde ⁊ frequēter nominatim in
commentariis ſuis a Johanne ⁊
Ariſtione traditum ſibi de ſingu
lis quibuſq; cōmemorat. ¶ Me-
minit ſane idem ipſe etiam de q̄-
buſdam mirabilibus in ope ſuo q̄
p̄tereunda minime cenſeo. Per
philippi enim euangeliſte filias
prophetiſſas hec ſibi tradita eſſe
deſignat. Mortuum reſurrexiſſe
temporibus ſuis dicit. Sed et de
Juſto qui cognominat⁹ eſt Bar-
nabas refert miraculum ingens
quia venenum biberit ⁊ nichil ex
hoc triſte pertulerit ꝓpter domi
ni fidem. Juſtus autē ipſe eſt hic
qui poſt ſaluatoris aſcenſum a
ſanctis apoſtolis cum Mathia
ad apoſtolatus ſortem ſtatutus
eſt ſicut in actibus apoſtolorum
cōmemoratur. Dicit autē ⁊ alia
plurima a maioribus ſibi tradi-
ta miracula ⁊ nouas quaſdam
parabolas ſaluatoris ⁊ doctrinā
incognitam magiſq; fabuloſam.
Mille annos futuros poſt reſur-
rectionem quib⁹ corporaliter re
gnum chriſti in hac terra futurū
ſit. Sed ego puto eum ſpiritua-
les ⁊ miſticas apoſtolorū tradi-
tiones corporaliter ⁊ ſecundū lit
teras ſuſcepiſſe nec potuiſſe diſ-
cernere ea que illi i figuris velut
lactantib⁹ ⁊ paruulis loqueban-
tur. Qui ⁊ reuera etiam ex ipſis
que ꝯſcripſit opuſculis exigui ſen
ſus vir ⁊ minus capacis oſtendit.
Multis tamen poſt ſe eccleſiaſti
cis viris erroris huius prebuit
cauſas auctoritatem dognati tm̄
ex vetuſtate tribuens non etiam
ex ratione dictorū ſicut Hyreneo
⁊ ſi quis alius eum in hac parte
viſus eſt ſequi. Alia quoq; q̄ plu
rima ſupra memorati Ariſtionis
refert tanquā ex verbis ei domi
ni tradita ⁊ Johānis preſbyteri
que ſi quis vult plenius noſcere
ipſos eius relegat libellos. Nos
tamē illud aſſumemus ex his q̄d
de Marco euangeliſta his protu
lit verbis. Etiam hoc inquit p̄ſ-
byter narrabat ꝙ Marc⁹ inter-
pres fuerit. Petri et quecūq; me-
minerit ab eo dicta conſcripſerit
Non tamen per ordinem ea que
a domino dicta ſunt vel facta di
geſſerit quia nō ipſe auditor do
mini fuerit vl' ſectator ſed nouiſ-
ſime. vt dixit Petro adeſit ad vſū
ac miniſteriū predicandi non ad
conſcribādos domini ſermones.
Itaq; nichil peccauit. Marc⁹ in
eo ꝙ ita quedā ſcripſerit quaſi q̄
paſſim audita recordari videat̄.
Et hoc ſolū ſatis egit ne quid ex
auditis obmittere aut aliquid fal
ſum ſcriberet. Hec de Marco ſcri
bit papias. Sed ⁊ de matheo ita
refert. Mattheus quidē ſcripſit
hebreo ſermone. Interpretatus
eſt autem ea que ſcripſit vnuſ-
quiſq; ſicut potuit. Hec etiam de
Mattheo. Utitur ſane idē Papi-
as teſtimoniis ex epiſtola Johā-
nis prima ⁊ Petri ſimiliter pria.
Simul et hyſtoriam quandam
ſubiungit de muliere adultera q̄
accuſata eſt a iudeis apud domi
num. Habetur autem in ſ. euange-
lio quod dicitur ſecundū hebreos

ſcripta iſta parabola: ſed de hi iſta ſufficiant.

¶Explicit liber Tertius.

¶Incipit liber Quartus.

¶Capi.i.de quorundam epiſcoporum ſucceſſiõe ſimul iudeorum contra gentiles ſeditione.

Duodecimo anno principatus traiani Ceſaris creſcẽdo quẽ pauloãte memorauim⁹ alexandrinorum gubernare plebẽ dĩe obiit. Poſt quem quartus ab apoſtolis. Prim⁹ nomine ſacerdotij ibi iura ſuſcepit. Eadẽ tẽpeſtate Alexander quoq rome cũ octauũ annũ. euariſtus ſacerdotalis adminiſtrationis impleſſet: quinta ſucceſſiõe poſt petrũ atq paulũ plebis gubernacula ſortit⁹ eſt. Et quidem ſaluatoris noſtri inſtitutio eccleſiarũq pfect⁹ creſcebat indies. Iudeorũ porro funera dẽſiſſimis cladibus exagitabant. ¶Itaq poſtq̃ pditus imperator annum octauũdecimũ principatus ingreſſus eſt rurſus iudeorũ tumultus exarſit. Quo magn⁹ mox numerus gentis eius occubuit. Nã ⁊ alexandrie ⁊ per egyptũ vel cirenẽ tanquã atroci quodã ſeditioſoq ſpiritu exagitati primo ſimul ꝯmanẽtib⁹ viciniſq gentib⁹ inferre certamina. Tum deinde paulatĩ ſeditiõe creſcẽte ſequẽti iam anno bellũ publicũ ⁊ nõ minimũ intulere. Romano duci tũc lupo cuidã in partib⁹ egypti: ac ſane primo ꝑlio iudeos ſecuta victoria eſt. Sed gẽtiles qui ex acie fugerãt irrũpentes alexãdriã iudeos ſi q̃s forte inibi repererunt captos interemere. Quorũ auxilio deſtituti reliqui qui apð Cyrenem rebelles extiterant velut deſperãtes ad agros Egypti et caſtella vaſtanda vertũtur duce luca. Aduerſus hos imperator mittit cũ exercitu peditũ atq eq̃tum ſed et nauali manu: martiũ turbonẽ. Qui multis ſane prelijs nec paruo tẽpore ꝯſumptis multa milia iudeorũ nõ modo apud cyrenẽ: ſed ⁊ i egypto q̃ luce auxiliũ ferebãt pſtrauit ac pertulit.

¶Cap.ij. qualia ſub Traiano paſſi ſunt iudei.

Princeps vero romanus etiã eos qui apud meſopotamiã ꝯſiſtebãt iudeos ratus ſimilia auſuros. Lutio q̃eto pcipit delere puinciã funditus ac totã gentẽ penit⁹ excidere. Tum ille directa acie magnã eorũ multitudine ſtrauit. Cuius facinoris gratia quietus remunerationis vicẽ ab imperatore puicie iudee adeptus eſt pſidiatum. Sed hec etiam grecorũ gentilium hyſtoriographi per ſingulas quaſq etates eodẽ ordine memorie tradiderunt.

¶Capi.iij. qui ſub adriano fidei defenſiones ſcripſerint.

Traiano autem viginti annis minimis ſex menſib⁹ principatu perfuncto. Helius hadrian⁹ in ſceptra ſuccedit. Huic quadratus oratiõe ſplẽdidiſſima apologeticũ librũ pro noſtra legione cõſcriptũ ⁊ validiſſimis cõmunitum aſſertionibus obtulit. Quoniã quidẽ maligni quidem

homines ſub eodē principe nr̄os
nitebant̄ inceſſere. Qui liber ho
dieqꝫ ſeruat̄ ⁊ apud nos et apud
multos ex fratribꝰ nr̄is Ex quo
volumine inditia magni cuiuſdā̄
viri ⁊ mētis ac fidei apl̄ice eius
ſcꝫ qui ꝯſcripſerat colligunt̄. Idē
igit̄ ipſe ſue antiq̄tatis ſpecimen
talibus exprimit verbis. Noſtri
autē ſaluatoris inq̄t opera ſemꝑ
aderāt viua ⁊ vera in his q̄ ſana
ti fuerāt ⁊ in his q̄ a mortuis ex=
citati ſunt. Nō em̄ viſi ſunt tan=
tūmodo vel reſurgere vel ſanari
ſed perpetuo ab hominibꝰ vide=
bant̄ nō tm̄ ſaluatore p̄ſente ſed
⁊ poſt diceſſum eiꝰ multis tēpori
bus: ita vt aliquāti q̄ ab eo vel cu
rati vel reſuſcitati ſunt etiā ad
noſtra vſqꝫ tēpora perdurarint.
Et de hoc quidē ſatis dictū. Sed
⁊ ariſtidē vir fidelis ⁊ pietate no
ſtre religionis imbutꝰ quadrato
ſimile volumē ad adrianū ꝓ fidei
noſtre ratione conſcripſit: cuius
etiam nunc ſcripta ſeruantur.

¶ Cap. iiii. de ep̄oꝝ alexādrino=
rum ⁊ hieroſolymoꝝ ſucceſſiōe.

TErtio aūt eiuſdem
principatꝰ anno ale
xander ep̄s roma=
ne vrbis ſacerdotiū
ſimul ac vitā finiūt
decemnio expleto.
Huic ſubrogat̄ ſixtus. Sed ⁊ ale=
xādrie eodē tēpore defuncto. Pri
mo duodecimo ſui ſacerdotij an=
no ep̄atū. Iuſtꝰ excepit. In hiero
ſolymis ſane ep̄oꝝ tp̄a ſucceſſio
neſqꝫ nullis ad integrū monumē
tis ꝯſeruata reperimus eo ꝙ val
de ad breue tēpus mortis celeri
tate p̄rerepti ſacerdotio ſinguli
q̄qꝫ functi perhibeant̄: ita vt q̄ſtū
ex veterū lectiōe cōperio ad tem
pora vſqꝫ principis hadriani ſub
quo iudei excidiū paſſi ſunt: tra=
dant quindecim ep̄oꝝ ſucceſ=
ſiones eiſe decurſas. Quos oēs
aiūt hebreos antiq̄ originis exti
tiſſe ⁊ ſcientiā xp̄i fideliter rece=
piſſe. Et iō incūctāter ab his q̄ po
terant de fidei merito iudicare
ſacerdotio quoqꝫ viſos eē digniſ=
ſimos: quippe cū omni tūc eccl'ia
ex hebreis fidelibꝰ coaceruata fir
mataqꝫ videret̄ incipiētibus ab
apoſtolis ⁊ perdurantibꝰ nimirū
vſqꝫ ad illud tēpꝰ excidij quo iu=
dei iterū deficiētes a Romanis
magnis rurſum p̄liis ſubiugati
ſunt. Igit̄ q: per idē tēpus aſſu=
mere ep̄os ex circūciſiōe ceſſatū
eſt. neceſſarium videtur omnes a
primo vſqꝫ ad id tēporis enume=
rare pariter ſacerdotes. Primus
itaqꝫ Iacobꝰ q̄ dn̄i frater eſt ha=
bitꝰ. Poſt hūc Symeō electꝰ eſt.
Tertiꝰ iuſtus zacheꝰ quartꝰ. de=
inde Thobias quintꝰ. Bēiamin
ſextꝰ ac ſeptimꝰ Iohānes. Tū ma
thias: quē philippus excepit. Cui
decimus ſeneca ſubrogatus eſt.
Iuſtus exinde: ac duodecimus le
ui. Poſt hunc effrem: ⁊ quartuſde
cimus Ioſeph. Ac finis omnium
iudas. Iſti ſunt fere omnes q̄ hie
roſolymi ep̄i ab apoſtolis ad illa
vſqꝫ tempora que ſuperius deſi=
gnauimꝰ plebi illi ex circumciſio=
ne p̄fuerunt. ¶ Rome aūt duode
cimo anno memorati principa=
tus. Sexto duodecim annis eccle
ſie gubernaculis functore theleſ
phorus ſeptimus apoſtolis ſubro
gatur. Anno poſt quē ⁊ vno mē=
ſe alexandrine eccleſie modera
mē eumeneus ſexta ſucceſſione
ſuſcepit: cum deceſſor eius vndē=
cim annis populo p̄fuiſſet.

¶ Cap. v. nouiſſimum iudeorum
excidium ſub adriano.

VErū iudaicis motibus ac factionibus rurſus ad maiora progreſſis rufus iudee p̄ſidens armata manu ſibi ab imperatore decreta: inſolentiā gentis acerrime cōprimebat: multa milia paſſim virorum feminarū pue rorumqꝫ conficiens: quorum terras iure belli / Romano vendicabat imperio. Tēpore quo iſta gerebantur: ducebat exercitum iudeorū Barchochadas quidam quod nomē ſignificat ſtellam: ceterum vir crudelis et ſceleſtus. Sed ex vocabulo ſuo velut vilibus mācipiis perſuadebat: ſe ob ſalutem eorum ſidus magnū celitus eſſe delapſum / egris mortalibus lōga obſcuritate damnatis ferre lucis auxilium. Igitur cum maxime belli huius fomenta concreſcerent: octauodecimo anno principatus eiuſdē: apud bethara oppidum preualidum hieroſolymis vicinū: cum longiora Romanis tenderetur obſidio: fame ac ſiti perduellibus intrinſecus ad extremū internitionis adductis poſtq̄ dux ipſe p̄cipue meritas ſuo facinore penas ſoluit oīs hec natio iam ex illo ab omni regiōe finitima hieroſolymorū penitus arcebat̄. cū ſanctione diuine legis: tū maxime conſtitutionibꝰ ⁊ decretis Adriani ita vt ne de celſiori quidem proſpectu: eminus eis ſaltem paternum ſolum ꝓphanis obtutibus liceret inſpicere. Ariſtopelleus hyſtoriographus iſta proſequitur. Ita factū eſt vt ciuitas poſt interitū iudaice gentis incolis mox in eam peregrine nationis ꝯfluentibꝰ permutatis ciuibus etiam ipſa helia appellaretur: ex cognomento imperatoris heli. Adriani. Et vt in romanorū ius tota conuerſari tum pariter mutaret ac nomen.

¶ Cap̄. vi. De pſeudo ſcriptoribꝰ ⁊ apoſtolis quos hiſdem temporibus demon excitauit.

IGitur ex gentibus vt inibi cepit eccleſia cōgregari. primus poſt ep̄os ex circūciſione: ſacerdotiū ciuitatis illiꝰ accepit marcus. Cunqꝫ iam refulgētibus in modū clariſſimorū ſiderum eccleſiis vbiqꝫ terrarum vigente etiā per omne genus hominū fide: qua cuncti pariter in ſaluatorem ac dominū noſtrum Ieſum chriſtū: integre ⁊ cōſtāter crediderant: ille totius bonitatis emulus demon: vtpote veritatis inimicus: ⁊ ſalutis humane hoſtis perpetuus: omnia molimina cōtra deū eccleſiam verſans: qui prius exteriꝰ eam perſecutionibꝰ ⁊ hoſtilibꝰ oppugnauerat: nūc malignis quibuſdā viris ⁊ deceptoribus repertis inteſtino bello eam quatere nitit̄. Scilicet vt fraudulēti fallaceſqꝫ homines: noſtre religionis ſimulato tantum nomīe induti / fideliū quidem ſi quos forte perſuaſiōis ſue fraude deciperent peſſundarēt. Ignorātes vero fidei noſtre miſteriū peruerſis ⁊ feralibus ſuis geſtis vel aſſertionibꝰ impeditos a deſiderio vere fidei ⁊ ſalutis longius ſummouerent. Igit̄ humani generis deceptor antiquus poſt menandrū quē ſupra retulimꝰ ſymeonis ſucceſſorē velut quandā beſtiā bino ore ſibilātē biniſqꝫ linguis diabolica venena vibrātē. ſaturbiū quē dā antiochie gentium ⁊ baſſilidē

alexādrie ortum ꝓduxit. Quoꝝ
vterqꝫ ſuis in regionibꝰ officinas
impie ac deo inuiſe ꝯdidit diſcipli
ne. Et quidē in omnibus pene ſa
turniū eadē ꝙ menandrū ꝯmēta
tum eſſe ſignificat hyreneꝰ. Ba=
ſilidē vero ꝑtextu iuſticie doctri
ne immēſum tetēdiſſe mētis ipie
cogitatū dum ꝓdigioſa fabularū
figmenta ſibimet complacerent.

¶ Cp̄. vij. de ſcriptoribꝰ eccleſia=
ſticiſqꝫ ea tēpeſtate claruerunt.

Sed econtra multi
admodū eccleſia=
ſtici viri ꝓ verita=
te fortiter ſtare: ac
ſcriptis quoqꝫ ⁊ aſ=
ſertionibꝰ vera ra=
tione ſubnixis ꝓ apoſtolica ⁊ ec
cleſiaſtica traditione certare vt
ex librorū monumentis etiam po
ſteris ad cauenda hereticorū ve
nena munimen ⁊ ſubſidium ꝑbe
retur. E quibus peruenit ad nos
liber celeberrimi ſcriptoris eius
temporis aggrippe caſtoris con=
futationē Baſilidis validiſſimā
cōtinēs per quā verſutia ⁊ calli=
ditas viri ad decipiēdum nimis
apta detegitur. Deniqꝫ cum pu
blicaret eius archana dixit eum
de euangelio quidē quattuor et
viginti cōmētarios ꝯdidiſſe. Pro
phetas vero ſibimet nūcupaſſe
quoſdā barchabani: et barchob
aliosqꝫ ꝗ nūquā extiterūt. Quos
ipſe tamen cōſtituerit ſibi ac bar
baris vocabulis vt eſſet appella
tio ipſa terribilis nominarit. Do
cere etiam eum refert immola=
ta abſqꝫ vllo reſpectu ꝯſciētie de
guſtanda ⁊ ſine ſcrupulo atqꝫ in=
differenter fidem negandā perſe
cutionis tēporibꝰ. Sectatoreſqꝫ
ſuos ad morem pythagoricum
docuit quinquēnio ſilere. Addit
alia quoqꝫ non pauca quibꝰ ſecte
huiꝰ errorē penitus a ſe deprehē
ſum ⁊ confutatum eſſe declarat.
Sed ⁊ hyreneus ſcribit coeuntē tē
pore et moribus memoratorum
fuiſſe carpocratam quendā ſup
ſticionis alterius qui gnoſtici ap
pellantur vocabulo ab ſcientia cō
ficto auctorē qui ſane ꝑſtigia ſy
monis magi non vt ille clam. ſed
publice ac palā tradebat: ⁊ velut
pro ſummis atqꝫ optimis ſtudijs
laudē confeſſam ac publicam de
nefarijs artibus a deceptis audi
toribꝰ requirebat ⁊ magicas te=
nebras i luce publica perorabat
de amatorijs dūtaxat ſomnijſqꝫ
immiſſis a demonijs perhaedris
alijſqꝫ ſimilibus fraudibus. deqꝫ
his conſequenter doceri oporte=
re omnē hominē decernebat qui
ad perfectionē ſui miſterij vel po
tius ſceleris cuperet peruenire.
aſſerēs non aliter vnumquemqꝫ
effugere poſſe mūdi huius princi
pes vel declinare niſi per huiuſ=
cemodi facinora ſua cuiqꝫ nefa=
ria debita ſoluerētur.

B ¶ His igitur ille totius bo=
ni emulꝰ vtens ſue malignitatis
miniſtris tam eos ꝗ poſt fidem
ab his decipiebantur rapiebat ad
tenebras ſempiternas ꝙꝫ alios ꝗ
necdū crediderant/ tanqꝫ hec eſ=
ſet noſtre religionis infamia/ ſū
monebat a fide: dū ob execrabi=
lē horū hominū vitam ipſā chri
ſtianorum profeſſionem audiēs
quiſqꝫ vitaret. Nec aliunde tunc
ſuſpitio de nobis tāqꝫ de vere im
pijs ⁊ inceſtis fuerat exorta: qua
aſſereretur illicitis plebē noſtrā ſtu
pris ⁊ promiſcue habetis i matri
bus ac ſororibus pollui atqꝫ exe
crādis infanticidijs dapibꝰ fune
ſtari. ſꝫ nō i lōgū durauit īfamia

vbi ſeipſa cepit veritas aperire. Quinimmo ⁊ clari⁹ ac ſplendidi⁹ illuſceſſente vita noſtrorū extinguebat̄ cōtinuo ſuperſtitioſi caligo ſigmēti. Et ſingulis quibuſqꝫ ſectis q̄ aduerſum veritatē exorte fuerant euaneſcentibus vel in multifidas ac multiformes ſpecies diffluentibus ꝓficiebat ⁊ extollebat̄ indies ſolus vere ⁊ catholice eccleſie ſplendor nulla tēporū varietate fucat⁹. qꝛ caſtimonia ſui ac puritate ⁊ diuine conuerſationis gloria p omne gen⁹ hominū ſapiētia/doctrina/fide ⁊ actibus refulgebat. Etenī ipſo cōfeſtim tēpore quo ceperat opprobrij huius flamma reſtincta eſt. Permāſit autē apud ſingulorum mētes veritas q̄ ſuis ſemper viribus nitēs conuincit ⁊ arguit falſitatē nec paſſa eſt adulterino maledictorū fuco eccleſie caſtitatē pudicitiāqꝫ lacerari. Intātum vt ex illo ad noſtra vſqꝫ tēpora: nullus tam ſeue mētis extiterit qui honeſtatē ⁊ caſtimoniā plebis noſtre ore ſacrilego cōcinnatis macularet opprobrijs. Sꝫ ad romanos ⁊ ad grecos ad ſcythas ⁊ barbaros ⁊ ad ipas pene in vltimis orbis partib⁹ recōditas natiões in tātum ſuauis odor de eccleſie geſtis ⁊ diuinū quidam reſpirās ſancte ꝯuerſationis aura peruenit: intantum ad aures omnium ac mētes felix chriſtianorū fama peruecta eſt: vt omne hominum genus legibus et ſuperſtitionib⁹ patrijs derelictis ad fidē ſe ꝯuertere xp̄i. Omniſqꝫ barbaries genuina feritate depoſita ad Jeſū xp̄m cōcurreret: ⁊ diſceret ab eo qꝛ mitis eſt ⁊ humilis corde.

C ¶ Extiterunt preterea per diuinā gratiā viri ea tēpeſtate eruditiſſimi qui ꝓbabiliter ⁊ ſufficiēter obſcena hereticorū commenta cōuincerent ⁊ quid vera fides in eccleſia catholica caſtitatꝭ haberet oſtenderent. In quib⁹ egeſippus celeberrimus habebatur qui integerrimā traditionē apoſtolice predicationis ſimplici ſermone cōſcriptam in quinqꝫ libris memorie tradidit. Ubi ⁊ de ſuis ipſe tēporibus aliquāta commemorat ⁊ de quibuſdam q̄ ſimulachra collauerāt talia quedā ſcribit. Quib⁹ inquit templa immo poti⁹ ſepulchra fecerūt ſicut etiā nunc videmus. Ex quibus eſt vn⁹ antinous ſeruus adriani ceſaris cui agones annui celebrātur qui antinoij appellātur noſtris adhuc temporibus inſtituti. Nam ⁊ ciuitatem condidit eius nomini antinorū: ⁊ tēplū ei ⁊ ſacerdotes inſtituit ac prophetas. Sed ⁊ iuſtinus fideliſſimus noſtre philoſophie ſectator et ī grecorū diſciplinis eruditiſſim⁹ ſcribēs ad antoninum. Apologeticū pro noſtra religione librum: horū meminit ita dicens. Nō michi videtur abſurdum meminiſſe in his etiam de antinoo qd̄ nuper geſtū eſt quē oēs timore principis quaſi deum colere ceperunt. Cū bene nouerint quis qualiſue paulo ante fuerit et vnde duxerit gen⁹ Idem quoqꝫ ipſe etiā iudaici belli quod tunc gerebat̄ memoriam faciens talia quedā refert. Et ei in hoc qd̄ nūc gerit̄ iudaico bello barchochabas princeps iudaice factiōis chriſtianos ſolos niſi negarent chriſtum tanq̄ blaphemos ad ſupplicia rapi iubebat. In quib⁹ libris etiam de conuerſione ſua quam habuit a gentili philoſophia ad vere religiōis ſi

dem: q̄ nō abſq̧ probabili ratio ne et examinato iudicio ad hec conuerſus ſit hoc modo ſcribit. Nā ⁊ ego ipſe inquit ſectis plato nicis inſtitut⁹/audiens infamari chriſtianos:et videns eos i pa uidos ad ſuſcipiendam mortem atq̧ omne ſupplicium tollerandum conſiderabam q̄ impoſibile eſſet malicia eos et in libidine conuerſari. Quis enim aliquando voluptuoſus et luxurijs dedi tus/et qui humanis carnibus ve ſci delitias putet /mortem liben ter amplectitur qua ſcilicet ipſa/confeſtim careat pro qua infamari maluit voluptate. Quinimo viuere perpetuo ſi liceret ⁊ la teret iudicia:in hoc magis operam daret: nedum ſemetipſum ſtatute ac profeſſe morti ſtuderet offerre. Sed et idem ipſe vir ſcribit Adrianum principem ſuſceptis a ſerenio graciano clariſſimo viro preſide litteris in quib⁹ de chriſtianis percontabat̄ reſcripſiſſe: q̄ non eſſet iuſtum, chriſtianos nulli⁹ criminis reos abſq̧ iudicio legib⁹q̧ puniri. Sit̄ ⁊ exemplum epiſtole ipſi⁹ ſubijcit cōtinētis hunc modum.

Capitulum.viij.de epiſtola Adriani que perſecutionem in noſtris parumper repreſſit

Exemplū epiſtole imperatoris Adriani ad minutium fundanum pcōſulez Aſie Accepi lr̄as ad me ſcriptas a deceſſore tuo Sereno grano clariſſimo viro: et non placet michi relationem ſilentio preterire ne innoxij perturbentur ⁊ calumniatoribus latrocinandi tribuatur occaſio. Itaq̧ ſi euidēter puinciales huic petitioni ſue adeſſe valent aduerſum chriſtianos: vt pro tribunali eos in aliquo arguant: hoc eis exequi non phibeo. precibus autem in hoc ſolis ⁊ acclamationibus vti: eis non permitto. Etenim multo equius eſt ſi quis voslet accuſare/ te cognoſcere de obiectis. Si quis igitur accuſat ⁊ pbat aduerſum leges quicq̄ agere memoratos homines pro merito peccatoꝝ etiam ſupplicia ſtatues. Illud me hercle magnopere curabis/vt ſi quis calūnie gratia/ quemq̄ horum poſtulauerit reum: in hūc pro ſui nequitia ſupplicijs ſenioribus vindices.

Capitulum nonum de ſucceſſione quorumdam epiſcoporum Rome ⁊ alexandrie.

Erū Adrian⁹ poſt hec vice ſimo primo anno ſui principat⁹ diem obijt. Et Antonius cognomento pius romanū ſuſcepit imperiū. huius primo anno Teleſephorus annis vndecim ſacerdotio in vrbe roma amminiſtrato vita deceſſit: ⁊ higinus epiſcopatus ſortem romane ſuſcepit eccleſie. Uerumtamen hyreneus refert Teleſephoruz martirio vitam finiſſe ſimul indicans higini epiſcopi temporibus. Ualentinū auctorē valentiniane hereſis extitiſſe: ⁊ cerdonem quendam erroris illius principem/quem poſt ea Marciō ſecutus eſt. eoſq̧ vno tp̄e Rome ſ; ⁊ diuerſis impatib⁹ efferbuiſſe, Scribit autem ita.

¶ Capitulum decimum. de quibuſdam pſeudo apoſtolis. A.

Iam valentinus venit romam ſub igino. Inualuit autem temporibꝰ Pij/ et ad anicetū vſqꝫ durauit
Credo vero / qui ante Marcionem fuit/ et ipſe ſub higino: qui erat i vrbe roma ab apoſtolo nonus epiſcopus: venit. Qui tamen aliquando quidem quaſi penitēs et errorem confitens excuſabat: aliquando rurſum occulte/ interdum etiam publice impietatem docebat. In quo conuictus/ a cetu fraternitatis arcetur. Hec autem dixi hyrenæꝰ in tertio aduerſus hereſes libro. In primo autem libro nichilominus de cerdone hec dixit. Credo vero a ſectatoribꝰ ſymonis impietatis ſue occaſionibus ſumptis romā venit ſub higino: ibiqꝫ docuit ꝙ is qui a lege et prophetis predicatus eſt deus non eſſet ipſe pater domini noſtri Ieſu chriſti. Quia ille quidem notus eſſet. Hic autem ignotus eſt. Et ille iuſtus. hic autē bonus. Cui ſuccedens marcion ponticꝰ abſqꝫ reuerētia vlla blaſphemans/ auxit doctoris inſaniē idē quoqꝫ ipſe hyreneus immenſum profundum. Ualentini erroris de materia et ceteris: validiſſime coarguit. Et ſerpentis in modū ceclis ſemetipſum latebris obtegentem in lucem protrahit ac denudat. His adiūgit et de marco quodam quē dicit magicis artibus imbutum apprime enituiſſe. De cuius prophanis ſuperſtitionibꝰ et archanis non tam ſacris ꝙ ſacrilegijs et miſticis miſterijs ita ſcribit. Etenim quidē eoꝝ thalamum conſtruunt: et nefariū qđdam initiandi celebrant genus: tanꝙ ſecretis quibuſdā carminibus ac verbis: non tam ſacris quam execrabilibus/ eum qui introducitur conſecrantes. Spiritales nuptias aiunt eſſe que faciunt: inſtar videlicet ſupernarū coniugationum. Adducentes vero eos ad aliquam aquam et baptiſantes/ hec ſup eos proferunt verba. In nomine aiunt ignoti patris omnium/ et i veritate omnium matre: et in eo qui deſcendit in ieſū. Alij vero hebraica nomina ad pauorem audientium ſuper eos quos initiant: terribiliter obloquūtur. Hec de ſectatoribus Marci hyreneus ſcribit.

B Quarto autem epiſcopatus ſui anno cum deceſſiſſet higinus romane eccleſie ſacerdotiū Pius ſuſcepit. Apud alexandriam vero Marcus: tertiodecimo anno epiſcopatus ſui eumende defuncto. Qui Marcus cum decem ānis ſacerdotium miniſtraſſet. Celadioni poſt obitum ſuū eccleſie gubernacula dereliquit. Pius vero in vrbe roma quindecim annis in ſacerdotio expletis Aniceto poſt ſe tradidit ſedem. Cuius temporibus egeſippus refert ſemetipſum romam veniſſe. et pmanſiſſe inibi/ vſqꝫ ad eleutherij qui poſt Anicetū ſubrogatꝰ eſt epiſcopatū. Quibꝰ temporibus ſimul florebat iuſtinus in habitu philoſophi: diuinum predicans verbum: et fidei noſtre rationem tam ſcriptis voluminibus ꝙ viue vocis aſſertione defendens. Qui et aduerſum marcionem ſcribēs commemorat de eo ꝙ adhuc ſupereſſet eo tempo

re quo ſcribebat. Denique ita ait. Marcion vero quidaʒ pōticꝰ qui hodieque ſupereſt. docet homines aliuʒ credere eſſe deum: maiorē cōditore deo. Hec ille hoībꝰ inge rens: ⁊ demonibus adiutoribus vtēs: multis blaſphemare pſuaſit: vt negarēt creatorē oīm deū ipſum eſſe patrem chriſti: ſʒ aliū quēdā qui quaſi maior hoc eſſet et tamē oēs ſectatores eiꝰ chriſtiani appellantur. Ita nimirū ſicut omnes communi vocabulo cū diuerſe ſint ſecte philoſophi nuncupant. Sed ⁊ poſt pauca nichilominus dicit. Eſt autē et nobis liber aduerſus oīsʒ hereſes compoſitus quem ſi vultis decurrere dabimus.

Cap. xi. de iuſtini defenſione.

Hic autem ipſe Iuſtinus ſcribit etiaʒ cōtra paganoʒ volumen inſignie. Sed ⁊ alios libros ꝓ noſtra religione: i quibus ad Antoniū principē qui cognominatus eſt pius: ſermonē dirigit. Scribens et ad ſenatū. In vrbe etem̄ roma maxime cōſiſtebat. Denique i vno ex his libris ēt de ſemetipſo volens quis vel' vnde eſſet oſtendere hoc modo ſcribit. Imperatori elio adriano antonio pio: Ceſari auguſto ⁊ veriſſimo philopho: ⁊ lucio philoſophi ceſaris ꝓprio filio ac pii adoptiuo: amatori ſapientie ⁊ ſacro ſenatui atque omni populo romano pro viris ex omni genere hominum ꝯgregatis: ⁊ iniuſto alio laborantibꝰ: ac non digna patiētibꝰ Iuſtinꝰ priſci filius bacchiadis ex vrbe neapoli paleſtine vnꝰ pro omnibus defero poſtulatū.

Sed et interpellatus idem imperator in Aſia ab ſis qui vario iniuriarum genere affligebantur. tale reſcriptū ad vniuerſos Aſie populos promulgauit.

Capitulum duodecimum de epiſtola ceſaris Antonini ad Aſianos pro defenſione nr̄orū.

Imperator ceſar marcus aurelius antoninꝰ auguſtꝰ armenicus: pontifex maximus ⁊ tribunitie poteſtatis quindecies: ꝯſul tertio: vniuerſis ſimul plebibus aſie ſalute3. Ego quidem non ambigo etiaʒ ipſis diis cure eſſe ne quis noxius lateat. Multo em̄ magis ipſis cōuenit punire eos qui ſibi immolare nolunt quam vobis. Sed vos confirmatis eorum quos perſequimini ſententiam quam de vobis habent dicentes vos impios et ſine deo eſſe. Unde et optabilius habent. et animam ponere pro deo ſuo: et mortem libenter amplecti: quam vobis talibus acquieſcere et in veſtre religionis iura concedere. De motibus autem terre qui vel facti ſunt: vel etiam nunc fiunt: abſurdus non erit merores veſtrum iuſta commotione ſolari. Quoniam quideʒ comperimus in huiuſcemodi rebus ad illoruʒ inuidiam communes caſus trāſfertis. in quo illi quidem maiorē fiduciam accipiunt apud deum. Uos autez in omni tempore quo de talibus ignoratis: ceteros quidem deos negligitis. Cultum vero immortalis dei: quem chriſtiani colunt expellitis et deturbatis: vſque ad mortem cultores

illius obſeruantie perſequentes.
Super quibus plurimi ex prouin
ciis iudices: etiam venerabili pa
tri noſtro ſcripſerant. Quibꝰ re
ſcriptū eſt ab eo: nichilominus
moleſtie huiuſcemodi hominibꝰ
generarent niſi forte arguerẽ=
tur aliquid aduerſum romani re
gni ſtatutum moliri. Sed ⁊ mihi
ipſi de his quāplurimi retulerūt.
Quibꝰ ergo paternā ſecutus ſen
tentiā pari moderatione reſcri=
pſi: ꝙ ſi q̄s pſiſtit: huiuſcemodi ho
minibꝰ abſq; vllo crimine moue=
re negocia: ille quidē qui delatꝰ
ꝓ hoc noīe fuerit: abſoluatur etiā
ſi probatur id eſſe quod ei obiicit
xp̄ianus: is autē qui crimen ob
tendit: reus pene ipſius quā ob
iecit exiſtatur. Propoſita epheſi
publice in conuentu Aſie.

¶ Capitulū .xiij. de policar
po apoſtolorum diſcipulo.

Hec ita geſta eſſe te=
ſtantur etiam Meli
to episcopus eccleſie
ſardenſis in eo li=
bro quē ad impera=
torem.
Antoninū verū pro fide noſtra ac re
ligione cōſcripſit. Qua tēpeſtate
etiam Aniceto romane eccleſie
preſidente Policarpum romam
veniſſe atq; habuiſſe ſermonē cū
ipſo Aniceto de paſche die. Hyre
neus refert. Sed ⁊ alia quedā de
eodem Policarpo ſcribit que mi
chi dignū videt corpori huic no=
ſtre narrationis inſerere. Ter=
tio igit libro aduerſꝰ hereſes hec
deo commemorat Hyreneus: Po
licarpꝰ inquit qui nō ſolū ab apo
ſtolis eruditꝰ eſt neq; ſolū ꝯuerſa
tus eſt cū his q̄ dn̄m viderāt: ſꝫ ab
ipſis ordinatꝰ eſt Smyrneorū ec
cleſie ep̄s. Quē nos quoq; in pri
ma etate noſtra vidimꝰ. Diu etē
nim permanſit in vita ⁊ longeua
etate perdurans: nobilis viuēdo
ſed ⁊ moriendo nobilior extitit
quippe qui vitā martyrio termi
nauit. Docebat autē ſemp ea q̄
ab apoſtolis ipſe didicerat. ⁊ ec=
cleſie hec tradebat q̄ ſola vera du=
cenda ſunt. Quorū teſtes ſūt om
nes eccleſie que in Aſia conſtitu
te ſunt ⁊ ij per tempꝰ etiā nūc ſin
Policarpi ſucceſſione perdurant
Multo autē verior ⁊ fide dignior
hic auctor eccleſie eſt ⁊ veritatꝭ
teſtis: ꝙ̄ Ualentinus ⁊ Marcion
et ceteri peruerſe mentis homines
Qui etiā ſub Aniceto romā per
rexit: ⁊ multos ex ſupradictis he
reticis ad eccleſiā dei conuertit.
Hanc ſolā predicās tenendā eſſe
veritatē quā ipſe ſciret ſe ab a=
poſtolis ſuſcepiſſe quā et trade=
bat eccleſie ⁊ ſunt adhuc etiam
nūc qui audierunt ab ipſo. ꝙ Jo
hānes apoſtolꝰ diſcipulꝰ domini
apud Epheſuꝫ cū balneas lauan
di grā fuiſſet ingreſſus: ⁊ vidiſſet
ibi Cherinthū exiluiſſet cōtinuo
⁊ diſceſſiſſet non lotꝰ dicens. Fu=
giamꝰ hinc ne ⁊ balnee ipſe cor
ruant: in quibꝰ cherinthꝰ lauat
veritatis inimicꝰ. Idē etiā poli=
carpꝰ marcioni aliqñ cuꝫ occur=
riſſet dicenti ſibi agnoſce nos re
ſpondit. Agnoſco p̄mogenitum
Sathane. Tanta tunc apoſtoli
atq; eorum diſcipuli in religione
cautela vtebant: vt ne verbi qui
dem communionem cum aliqui
eorum qui a veritate deuiaue=
rant habere paterētur. Sicut et
paulus dicit. Hereticum hominē
poſt vnam ⁊ alteram correptio=
nem deuita: ſciens quia peruerſꝰ
eſt huiuſcemodi ⁊ peccat: cum ſit
a ſemetipſo damnatus: Extat et

epiſtola Polycarpi ad philippen
ſes ſcripta ꝑualida. Ex qua for=
mam fidei eiꝰ ac predicationis:
ſi qs forte ſalutis ſue ſollicitudi=
nē gerit capere poteſt. Hactenꝰ
hyreneus polycarpus vero in ip
ſa epiſtola quam ad Philippen=
ſes ſcripſerat. vtitur teſtimonijs
de prima Petri epiſtola.

B ¶ Sed enim Antonino qui
Pius cognominatꝰ eſt viceſimo
et ſecundo anno principatus ex
acto/ Marcus Aurelius Uerus
et Antoninus filius eius. cū Lu=
cio fratre ſuccedunt. Quo in tē=
pore Polycarpus maximis pſe=
cutionibꝰ Aſiam quatientibus:
vitam martyrio finiuit. De quo
plane neceſſarium duximus me
morie tradere maxime cum ſcri
pta extet epiſtola: ex pſona ec=
cleſie Smyrneorū ad Ponti ec=
clās data. qua de martyrij eius
beato fine deſignat. Cuius exē=
plum infra ſcriptum eſt. Eccleſia
dei que eſt apud Smyrnam: ec=
cleſie dei conſtitute apud Phile
molium: et oībus qui vbiqꝫ ſunt
ſanctis eccleſijs catholicis: miſe
ricordia ꝛ pax ꝛ charitas dei pa
tris ꝛ domini noſtri ieſu xp̄i mul
tiplicetur. Scripſimꝰ vobis fra=
tres de martyribꝰ ꝛ de beato Po
lycarpo: qui velut ſignaculo quo
dam martyrij ſui finem perſecu
tioni poſuit ꝛ paulo poſt deſcri=
bentes etiam ceterorum marty=
rum agones: talia quedam ſcri=
bunt. deterrere etenim volentes
inſpectantem populum. nunc fla
gris vſqꝫ ad interiora viſcerum
martyres laniabant: ita vt abdi
ta corporis q̄ et natura in archa
nis locauerat nudarentur. Nūc
autem marinas cocleas que cō=
chilia vocant: et acuta queqꝫ fra
gmenta: in dorſuꝫ ſupinatis mar
tyribus ſubſternebant. In qui=
bus omne tormenti genū et pe
ne ſpeciem conſumentes ad vl=
timum deuorandos eos beſtijs
exponebant. Sed in his preci=
pue deſignatur vir fortiſſimus
effloruit. Germanicus nomine
qui per gratiam diuinam ꝛ me=
ritum virtutis: metum corpore
fragilitatis excluſit. Uolēte nā=
qꝫ proconſule perſuaſionibus ag
gredi virum: et obijcere ei prime
etatis florem. debere cuꝫ ſuimet=
ipſius miſerationem capere. Il=
le nichil moratus ſponte dicitur
preparatam ſibi beſtiam prouo
caſſe: veluti tardantes increpās
penas. et inique huius vite vltro
velocem expetiſſe diceſſum. Ue=
rum cum ex huius tā inſigni mor
te: ſtuporem cepiſſet a tantis po
puli multitudo. et totius chriſtiā
norum gentis mirari virtutem
de contemnenda morte cepiſſent
conclamant omnes. Tolle impi=
os. Polycarpus requiratur. Sed
cum ex acclamatione grauis per
turbatio fieret Cherinthū quē=
dam natione frigē: nuper de ſuis
regionibus aduenientem: acci=
dit primo quidem beſtias cete=
raqꝫ tormenta ſponte laceſcere:
de hinc fractis animis cedere:
ad vltimuꝫ etiam ſalutem ſegni=
tia pdere. Que res eum ad mar
tyrium procacia potius: ꝛ teme=
ritate quam deuotione proſiluiſ
ſe declarat. Ipſe namqꝫ ſe iudici
ingeſſerat victus. Itaqꝫ exem=
plum euidens omnibꝰ dedit. cau
tius in rebus talibus ꝛ circunſpe
ctius agendum. Quia non teme
ritas: ſed fides: ꝛ modeſtia co=
ronatur.

f.ſ.

¶Capitulum decimumquar-
tum agones beati Polycarpi
ſtrenuaqꝫ paſſio eius. B

S Sed de his quidem
talia geſta ſunt inſi
gnis autem vir Po-
lycarpus primo qui
dem cuꝫ audiret vul
gꝰs in ſe acclamationibus exci-
tatū eſt: in nullo penitꝰ motus ſꝫ
manſit impauidus. Tranquil-
lus namqꝫ erat moribus: et ſere-
nus aſpectu. Qui cum in eadem
ciuitate velut interritus perma
neret: ac quieſcens tamen depre-
cantibus ſe familiaribus ſuis ad
agrum quendam ciuitati proxi-
mum ſecedit. atqꝫ ubi cum pau-
cis die noctuqꝫ nichil aliud ꝗ in
orationibus permanet: pro pa-
ce eccleſiaruꝫ que vbiqꝫ ſunt ſup
plicans deo: quod ei facere in
omni vita ſua moris perpetui fu
it. Sed is in oratione poſitus: an
te triduum ꝗ comprehenderet
viſionem videt per noctem cer-
uical capitis ſui flammis eſſe cō-
ſumptuꝫ. Cumqꝫ euigilaſſet poſt
viſum interpretatus eſt aſtanti
bus ſomnium ſuum. Dixitqꝫ pro
certo ſe ob chriſtum per ignem
vite exitum ſortiturum. Immi-
nente igitur queſtiōe: rurſus fra
trum charitate compulſus. com
migrauit ad alium locum. Quo
non multo poſt inquiſitores eiꝰ in-
greſſi: correptis duobus pueris:
et altero ex his verberato: per in
diciuꝫ eius ad Polycarpum per
ueniunt: cum iaꝫ declinaret dies
Et ingreſſi ipſum quidem offen-
dunt in ſuperioribus quieſcenteꝫ
Unde cum poſſet facilis ei tran-
ſitus eſſe ad alteram domum no
luit dicēs. Uolūtas domini fiat.
Quin immo et cum comperiſſet
adeſſe comprehenſores ſuos: in
occurſum eis progreſſus: leto ad
modum vultu ac placido com-
pellere viros cepit, cum ingenti
oris gratia. Ita vt illi miraren-
tur et ſtuperent: quid tantum ſtu
dij fuerit: vt vir illius grauita-
tiꝫ et honeſtatis in tam longe-
ua etate: et tanta vite auctorita
te poſitus perquiri et comprehē
di ſit iuſſus. Sꝫ ille nichil mora-
tus: continuo apponi menſem ho
ſtibus quaſi hoſpitibꝰ iubet atqꝫ
epulas largius miniſtrari: vnius
hore ab eis ſpacio orationis gra
tia impetrato orabat igitur tan
ta dei gratia repletus: vt am-
mirarentur omnes qui aderant:
et ipſi qui ad comprehenden-
dum venerant penitenrent: ꝙ tā
honeſtum virum ac deo dignum
et ipſa etate venerabilemqꝫ rape
re iuberentur ad penam. Et poſt
aliquanta eadem ſcriptura ver
bis ipſis talia coniungit ex or-
dine.

B ¶Poſtea vero ꝗ finiuit ora
tionem memoriam faciens om-
nium quoſcunqꝫ noſſe potuit ma
iorum minorumqꝫ: nobilium et
innobilium: et totius catholice
eccleſie que per orbem terre eſt.
inſtante iam hora progreditur.
et aſino ſedens: ad ciuitatem du
cebatur cuꝫ eſſet dies magni ſab
bati. pergenti occurrit ei prefe-
ctus pacis: Herodes nomine: et
pater eiꝰ Nicetas. Qui leuātes
eum ſecum in vehiculum perſua
dere ſedulo conabantur dicen-
tes Quid enim mali eſt dicere
deum eſſe ceſarem. Et immola-
re: et de cetero viuere ſecurum.

Hec ille primo tacitus audiuit: ſꝫ
vbi perſiſtebāt. ait ad eos. Quid
multis opus eſt. Factur⁹ non ſuꝫ
quod dicitis. At illi poſtea ꝙ ni=
chil ſe profeciſſe ſenſerunt indi=
gnatione commoti: cum cōtume=
lia eum vehiculo deturbant. ita
vt pedem lederet preceps actus.
Sed quaſi nichil paſſus fuiſſet in
iurie tota alacritate contempt⁹
pergebat ad ſtadiū quo duci fue
rat imperatus. Cum vero tumul
tus ingens in ſtadio ex ingreſſu
eius fuiſſet exortus: vox e celo de
lapſa eſt. Fortis eſto polycarpe ⁊
viriliter age. Sed auctorem qui=
dā vocis videre potuit nemo au
dit⁹ tamē ad plurimos venit. In
terea animatur ad furorē tumul
tus populi videntes quia Poly=
carpus introducitur. Cumqꝫ emi
nus a proconſule interrogaretur
ſi ipſe eſſet Polycarpus: ſe eſſe cō
fitetur. Ergo inquit habeto eta=
tis tue reuerentiam et parcē vlti
me ſenectuti tue. Iura fortunam
ceſaris: gerens de prioribus peni
tudinem et conclama/ etiā tu tol
le ſacrilegos. Tū polycarpus tor
uo vultu ad populū qui in ſtadio
reſidebat aſpiciēs eleuata ad ce
lum dextera cum gemitu procla=
mauit et dixit. Tolle ſacrilegos.
Sed inſiſtente proconſule et dicē
te iura fortunam ceſaris/ ⁊ dic in
Chriſtum conuitia/ et dimitto te
Polycarpus ad hoc. Octoginta
inquit et ſex annis ſeruio ei ⁊ ni=
chil me leſit vnꝙ quomodo poſ=
ſum maledicere: et blaſphemare
regem meum qui ſalutem michi
dedit. Cumqꝫ rurſus vehementi⁹
vrgeretur vt fortunam ceſaris iu
raret. ſi hanc inquit iactantiam
queris vt ego fortunam Ceſaris
iurem: ⁊ qui ſim ignorare te ſīmu
las omni libertate audi a me quia
chriſtianus ſum. Si vero etiā ra=
tionem vis chriſtiane religionis
accipere ſtatue diē et audi. Pro=
cōſul dixit. Suade hoc populo. Po
lycarpus ait. Tibi quidē reſpon
di. Docemur enim principibus ⁊
poteſtatib⁹ his que a deo ſunt ho
norem deferre: eum ſcilicet qui re
ligioni nō ſit contrarius. Populo
autem furenti ſatiſfacere non eſt
meuꝫ. Procōſul dixit. Beſtias ha
beo paratas quibus ſubijcieris:
niſi cito penitueris. At ille reſpō
dit. Adhibeantur. Nobis enim im
mobilis ſtat ſententia. nec poſſu
mus de bono ad malum per peni
tudinem commutari. Melius au
tem erat ſi hi mutarentur ad bo
na qui perſeuerant in malis. Tū
proconſul inquit. Igni te faciē cō
ſumi ſi tibi beſtie contemnende vi
dentur nec propoſiti recipis peni
tudineꝫ. At ille. Ignem minaris
inquit hunc qui ad monumentuꝫ
incēditur: ⁊ paulopoſt extinguitur
quia ignoras futuri iudiciū igneꝫ
eternuꝫ qui ad perpetuas penas
preparatus eſt impiorū. Sed qd
moraris. Adhibe verum voles.
Hec et multa alia his ſimilia di=
cens. Polycarpus confidentia ſi
mul et leticia replebat. ita vt ala
critatem vultus eius reſpōſionū=
qꝫ conſtantiā. Procōſul maximo
ſtupore miraretur. Miſſo igitur
curione ad populū iubet voce ma
xima proteſtari Polycarpuꝫ ter
tio. confeſſum chriſtianum ſe eſ=
ſe. Quo audito vniuerſa multi=
tudo tam gentilium quam iudeo
rum Smyrnenſium ciuitatis cuꝫ
ingenti furore acclamabant. Hic
eſt toti⁹ Aſie doctor ⁊ pater chri
ſtianorū nostrorum autem ſub
uerſor deorum. Ipſe eſt qui mul

tos docet ne immolent ne ve ado
rent deos. Et poſt hec verba ac=
clamabant philippo munerario/
vt leones polycarpo dimitteret.
Qui reſpōdit non ſibi licere quia
iam editionis ſue munus expleſ=
ſet. Tunc illi omnes pariter con=
clamarunt vt Polycarpus viuus
arderet. Opoꝛtebat eniꝫ viſioneꝫ
eius quam de ardēte ceruicali vi
dit impleri. Que cum dicto citius
gererētur ipſis populis ligna vel
de balneis vel de publicis quibuſ
qꝫ locis ⁊ ſarmenta congreganti=
bus pꝛecipue iudeis ardentius in
hoc ex moꝛe ſeruentibus cum om
ni velocitate extructꝰ eſt rogus.
Tum depoſitis ſenioꝛ indumen=
tis ac zona reſoluta calciamenta
quoqꝫ pedibꝰ tentabat educere:
q̄ nunq̃ niſi a religioſis q̄buſqꝫ fi
de ⁊ deuotione ſemetipſos inuicē
pꝛeuenientibus reſolui conſueue=
rat. Ita namqꝫ in omni etiam re
liqua vita ſua venerabilr̄ ab om
nibus colebatur. Ut ergo expedi
ta ſunt que ad ignem pertinebāt
cum cum vellent rogo impoſitum
etiam clauis affigere ait. Sinite
me. Qui em̄ dedit michi ignis fer
re ſupplicium: dabit vt et ſine cla
uoꝛum affixione flammas immo
biliter perferam. Tum illi omiſ=
ſis clauis vinculis vſi ſunt ſolis.
Quibus poſt tergum manibꝰ re=
iunctis velut electꝰ aries ⁊ ex ma
gno grege aſſumptus acceptabi=
le holocauſtum omnipotenti ob=
latus eſt deo has preces etiaꝫ in
ipſa paſſione pꝛofundens.

¶ Capitulū decimūquin
tum: de oꝛatione policar=
pi cum igni adureretur ⁊
de quibuſdam aliꝫs mar
tyribus.

Deus dilecti ⁊ benedi
cti filij tui Jeſu Chꝛi
ſti pater per quē tui
agnitionē ſuſcepimꝰ
A ¶ Deus ange=
loꝛum et virtutum et
vniuerſe creature ac totius iuſto
ruꝫ generis qui omnes coꝛam te
viuunt. Bn̄dico te qui me in hāc
diem perducere dignatus es / vt
particeps exiſterem martirum ⁊
calicis Chꝛiſti tui in reſurrectio=
nem vite eterne anime ac ſpiritꝰ
mei per incoꝛruptionem ſpiritus
ſancti in quibus ſuſcipiar in con=
ſpectu tuo hodie tanq̃ ſacrificiū
pingue et acceptabile ſicut p̄pa=
raſti: ⁊ p̄ſignaſti ita ⁊ feciſti. Ue=
rus es tu et ſine mendacio deus.
Propterea ⁊ in om̄ibꝰ laudo te / ⁊
benedico te / ⁊ gloꝛifico te / p eter=
num deum et pontificem Jeſum
xp̄m dilectum filium tuum p quē
et cum quo tibi in ſpiritu ſancto
gloꝛia eſt nunc et infinita ſecula.
Et cum amen inſonuiſſet oꝛatio=
ne ↄpleta. ſubijciūt ignē homines
ignis eterni ignari. Cūqꝫ flām̄a
ingens reluxiſſet: vidimus mira=
cula omnes nos quibus ea deus
videre conceſſit. Ex quibus ⁊ quā
plurimi a domīo ad hoc reſerua
ti ſunt vt annūciarēt ceteris que
viderunt. Flām̄a etenim in mo=
dum camere curuata ſpecie qua
ſi vel nauis vento ſinuati ſupꝛa
coꝛpꝰ martiris ſtetit. Qd̄ coꝛpus
in medio poſitum non erat vt ca
ro ardēs: ſed tanq̃ ſi aurum aut
argentum in foꝛnace cādeſceret.
Tunc preterea odoꝛem naribus
hauſimus tanq̃ turis incenſi vel
precioſiſſimi fragrantis vnguen=
ti. Ad vltimum videntes ſceleruꝫ
miniſtri igni coꝛpus non poſſe cō=
ſumi: iuſſere ppꝛius accedere cō=

fectorem et corpus cui ignis ceſſe
rat mucrone trāſfodere. Quo fa=
cto: tam largus profuſus eſt ſan=
guis vt reſtingueret rogū. Popu
lus autem miraculi ſtupore diſceſ
ſit attonitus, erga electos dei taꝫ
inſigni eius fauore perſpecto.
B ¶ Hic eſt ergo ammirabilis
ꝛ electus temporibus noſtris ma
giſter apoſtolicus et prophetic9
Smyrneorum eccleſie ſacerdos.
Qui omne verbum quod locutus
eſt ꝛ impletum eſt ꝛ implebitur in
futuro. Sed ille emulus totius bo
nitatis et aduerſarius omnium
iuſtorum poſtꝗ̄ vidit q ꝛ ꝓ mar=
tirij gloria et pro vite egregie vir
tutibus coronatus eſt et per mor
tem premia immortalitatis ade
pt9 ſatis agere cepit vt reliquias
ei9 ad ſepulturam noſtris deſide
rantibus nemo concederet. Inſti
gabatur ergo Niceta Herodis
pater/ frater autē Dalce adire
iudicem: ꝛ petere ab eo ne huma
num concederet corpus ne forte
inquit relinquētes illum qui cru
cifixus eſt chriſtiani, hunc colere
incipiāt. Judeis maxime iſta ma
chinantibus qui ꝛ noſtros inten=
tis oculis obſeruabant: ne eū flā=
mis adhuc ardētibus raperent.
Ignorantes miſerrimi quia neꝗ̄
Chriſtum aliquando poſſum9
derelinquere qui mortem pro to
tius mundi ſalute ſubſtitit neꝗ̄
alium quenꝗ̄ colere ꝗ̄ veruꝫ deū
et qui ſolus colēdus ſit nouerim9.
Martires vero tanꝗ̄ diſcipulos
domini diligamus et veneremur
quaſi integre fideꝫ magiſtro ſer
uātes: et domino quorū nos quo=
ꝗ̄ in fide ꝛ perſeuerantia/ chari=
tatis optamus eſſe ꝑticipes. Ubi
autem vidit centurio tam obſti=
natam iudeorum contentionē po

ſitum in medio ipſum corpus ex=
cuſſit: ꝛ ita nos poſtmodū ambu=
ſta oſſa ꝓcioſiſſimis gemmis ca=
riora: ꝛ omni auro probabiliora
per ignem facta collegimus ac ſi
cut conueniebat ex more condi=
dimus. Quo in loco etiam nūc ꝓ=
ſtante domino ſolēnes agimus ce
lebreſꝗ̄ conuentus. Maxime qui
dem in die paſſionis eius. Sꝫ ꝛ cū
eo eoruꝫ memorias qui prius paſ
ſi fuerant celebramus vt ſequen
tium animi ad preceſſorum viam
exemplis inſignibus ſuſcitentur.
Hacten9 de beato Policarpo. Cū
quo etiam alij duodecim ex phi=
ladelphia venientes apud Smyr
nam martirio conſummati ſunt.
C ¶ Sed in eadem epiſtola cō
tinebatur etiam de alijs ꝗ̄ pluri=
mis eiuſdem temporis martiri=
bus intexta narratio. In quibus
refertur poſt Policarpum q etiā
Metrodorus quidem ex Martio
nis hereſi preſbyter igni ſit tradi
tus. Inter ceteros autem qui per
idem tempus martires extiterūt
famoſiſſimus inibi refertur qui=
daꝫ Pionius nomine. Cuius per
ſingulas interrogationes reſpō=
ſionum cōſtantiam ꝛ pro fide no
ſtra ad populum orōnes ꝗ̄ apud
iudices interitus ſemper aſtite=
rit docens ꝛ diſputēs etiam in ip=
ſis tribunalibus vſꝗ̄ his qui in ꝑ
ſecutione titubauerant cohorta
tionibus ſuis ad conſurgendum
dexterā dederit: et in carcere po=
ſitus qualiter ingreſſis ad ſe fra=
tribus animos ad martirij tolle=
rantiam roborarit. quos ve etiā
ipſe pro martirio tulerit crucia=
tus vtꝗ̄ ſit clauis affixus ꝛ ardē
ti rogo ſuperpoſitus: et vt in his
beatum vite fecerit finem. Si qs
vult plenius ſcire ex illa que a no

bis de antiquis martiribus ſcri=
ptura cõpoſita eſt plenius diſcet.
Poſthec etiam aliorum apud Per
gamum Aſie vrbem martirũ ge=
ſta referuntur. Carpi cuiuſdaꝫ et
Papirũ et Agotonice optime fe=
mine aliarũq; multarũq; ꝑ bea=
tis confeſſionibus martirio coro=
nate ſunt.

¶ Capitulũ decimũſextũ.
de beato Juſtino philoſo=
pho ꝛ martire.

Cum quibꝰ et vir mi
rabilis de quo pau=
lo ſuperius fecimus
mentionẽ Juſtinꝰ cũ
ſecundũ iam librum
pro religiõis noſtre
defenſione cõſcriptũ temporis il=
lius iudicibus obtuliſſet remune
rationem lingue fidelis ꝛ erudite
martirũ minus accepit quoſdam
philoſopho Creſcẽte nomine ca
ne tam profeſſione q̃ȝ moribus do
los viro inſidiaſq; tẽdente. Quo
niam quidam ſepe cum eo diſpu=
tans auditoribus mediis non ſo
lum obtinuerat eum verum ꝛ ve
hemetius veritate ſibi ſuffragan
te cõfuderat. Unde ꝛ victorie ſue
palmam martiriũ percepit a do=
mino. Hoc autem ita futurũ etiã
beatus ipſe verꝰ philoſophus ve
ritatis in ea defenſione quam ab
eo cõſcriptã ſupra diximus aper
te ſicut erat futurum prophetica
mente predixit his verbis. Nam
et ego inquit ipſe ſpero me ab ali
quo horũ quibus pro veritate ob
ſiſto inſidias eſſe paſſurum ſpero
baculo aut claua feriendũ. Cer=
te vel accreſcente hoc non philo=
ſopho ſed philocompo: id eſt non
amatore ſapientie: ſed amatore
iactantie. Neq; enim dignum eſt
philoſophum nominari eum qui
de his qui neſcit publice proteſta
tur et chriſtianos ſine deo eſſe et
impios dicit ad gratiam et libi=
dinem eorum quos in errore po=
ſitos ipſe maioribus laqueis er=
roris inoluit. Si enim ignoratur
ab eo Chriſti doctrina et ea ar=
guit que ignorat nequiſſimꝰ eſt:
ꝛ imperitis multo nequior: quia
imperiti vel idiote obſeruant ne
diſputare audeant de his q̄ igno
rant: ꝛ de illis teſtimoniuꝫ perhi
bere que neſciunt. Si vero legit
que apud nos ſcripta ſunt et aut
non intellexit eorũ virtutem: aut
intellexit quidem, ſed diſſimulat
ne etiã ipſe ſuſpectus habeatur in
talibus multo nequior et deteſta
bilior iudicandus eſt qui imperi
ti vulgi captans fauorem verita
tis ac pietatis qua probat hoſtis
exiſtit et proditor. Nam et propo
ſuiſſe me ei ſcitatis quedã ex quo
rum reſponſionibus nichil ſcire
conuictus eſt. Et in tantum ſunt
vera que dico: vt putã vobis etiã
queſtionis habite inter nos di=
ſputationes allatas. Ex quibus
aptiſſime dignoſcitur que noſtra
ſunt penitus ignorare. Si vero
necdum venerunt hec ad noticiã
veſtram paratus ſum rurſum vo
bis audientibꝰ diſputare. Hec ſunt
beati Juſtini verba in quibus ſe=
cundum ea que predixerat per
Creſcentis inſidias martirio cõ=
ſummatus eſt. Tatianus quoq;
vir eruditiſſimus in prima etate
ſua cũ magna ammiratione ora
toriam docens ex qua et non par=
rum glorie queſierat poſt moduꝫ
ad noſtra ſtudia ſe conuertens li
bros etiam ipſe aduerſum gẽtes
dignos memorie dereliquit in qui=
bus Juſtini meminit his verbis.

Sed ꝛ ammirabilis inquit vir iuſtinus ſatis recte proſecutus eſt ſimiles iſtos dicens eſſe latronibus. Et poſt aliquãta cum de philoſophis quedã dixiſſet addit etiam hec. Creſcens deniq̃ ille qui obſedit vrbem magnã in puerorum quidem ſtupris omnes prelbant. in pecunie autem cupiditate nullo inferior erat. Mortem vero cum ceteris cõtẽnandam ſuaderet ipſe tam peſſimã de ea opinionem gerebat: vt iuſtinũ tanq̃ vltimo malo traderet morti pro eo q̃ veritatem predicans voluptuoſos et deceptores philoſophos arguebat.

¶ Cap. xvii. pulchra hyſtoria de adultero qui vxorem ſuã ob pudicitiam accuſauerit.

Idem quoq̃ Juſtinus priuſq̃ ꝓprius deſudaret aliorum qui ante ſe martyres extiterũt deſcribens agones: in primo defenſionis ſue libro talia q̃dam refert. Mulier ait quedam coniuncta erat viro turpi que et ipſa prius turpiter vixerat. Hec poſtquã chriſti p̃cepta cognouit: pudica effecta viro quoq̃ pudicitiam perſuadebat ſuggerens ei ſcriptum eſſe in chriſtianorũ preceptis eternas imminere penas his qui pudicitiã inuita ſua iuſticiãq̃ contempſerint. Sed ille in eandẽ obſcenitate perſiſtẽs actibus iam ſuis alienã a ſe faciebat vxorem. Quippe cũ nefas eẽ mulier exiſtimaret in eius mariti cõtubernio permanere: qui nature lege contẽpta nouas vias libidinis exquirebat. Statuit igit̃ repudiqre iura coniugii. Sed ꝓpinquis interuenientibus ꝛ de mariti emendatione pollicentibus cõpulſa eſt in eius rurſum cõſortio reſidere. Uerũ ille poſt hec Alexandriã ꝓfect⁹ cũ turpius agere atq̃ inceſte vite maiora nũciaretur augmẽta queſiſſe mulier ne vltra in coniunctiõe eius manẽs particeps inceſti hoĩs haberetur libello ei repudij dato diſcedit.

E ¶ Refertur adhuc in eadem ſcriptura et alia narratio: quam cognitionis cauſa his inſerere dignuꝫ putaui. Alchibiades quidã erat in numero eorum qui ꝓ chriſto vincti tenebantur. Hic vitam ſatis arduam ⁊ auſteram gerebat: nichil cibi volens accipere: ſꝫ tantum ſale ⁊ pane cũ aqua vtebatur. Cumq; huic vite rigorem vellet etiã in carcere poſitus obtinere. Attallo poſt primam confeſſionem ſuam quam in amphi-

theatro confeſſus eſt reuelatur quia non recte faceret Alchibiades creaturis dei ⁊ ipſe non vti ⁊ aliis formam ſcādali derelinquere. Quib⁹ cognitis Alchibiades cepit omnia cum gratiarū actione percipere. Quia que illi reuelabat ſpiritus vt doceret. ⁊ huic vt ſequeretur idem ſpiritus perſuadebat. Sȝ de his finis ſit. Igitur montanus ⁊ Alchibiades et theodotus in Frigie partib⁹ tūc primum apud q̄plurimos in prophetarum opinionem venerunt. Et quia per illud adhuc tempus multe etiam alie virtutes ⁊ gratie in diuerſis eccleſiis per donuȝ ſancti ſpiritus miniſtrabātur: facile accommodata eſt fides etiā his potuiſſe ꝓphetie gratiam dari. Cumq̄ plurima inter fratres diſſentio fuiſſet exorta. Rurſuȝ eccleſie galliarum iudicium ſuum ⁊ ſententiam de his quoq̄ cum omni reuerentia: et recte fidei expoſitione decernunt: epiſtolas martyrum/ qui apud eos cōſummati fuerant ꝓferentes quas illi in vinculis poſiti per aſiam et frigiam fratribus conſiſtentibus ſcripſerant ⁊ eleutherio vrbis rome epiſcopo/ de pace eum eccleſie cōmonentes. Quiq̄ etiam hyreneum tunc adhuc eccleſie lugdunenſis presbyterum ſupradicto vrbis rome epiſcopo eleutherio commendabant teſtimoniū vite eius perhibentes. ſicut ipſorum etiam voces que infra ſcribuntur oſtendunt.

Capitu. quartum martyres hyreneum Eleutherium commendant.

Alere te in deo iteruȝ et ſemper optamus pater eleuthe ri Rogauimus fratrem ⁊ ſociū noſtrū hyreneum hec tibi ſcripta deferre. Quem deprecamur vt habeas commendatum. Emulator namq̄ eſt teſtamenti chriſti. Scimus enim q̄ ſolus officiū gradus non facit aliquē iuſtuȝ quo tamē iſte recte vtitur in presbyterio. ſed plus enim ex vite merito commendamus. Enumerāt etiam poſt hec diuerſorū martyrum glorias: quāti ferro ceſi quāti beſtiis/ quanti ignibus/ quanti etiam ſqualore carceris aſſumpti ſunt. Que ſi quis vult plenius noſcere/ ipſas ex integro requirat epiſtolas.

Capitulum quintum q̄ gētilum exercitum liti periclitantem milites chriſtiani pluuia a domino precibus impetrata ſaluant.

Situr antonini temporibus quibus hec geſta referunt. Marcum aurelium fratrē eius ceſarem bella inferētē germanis ac ſarmatis tradūt hyſtorie cū ſit eius piclita reȝ exercitus eſtuantem ⁊ querentē quid facto opus eſſet repiſſe in legione quoſdam milites xp̄ianos Quibus vt noſtris mortis eſt flexis genibus deprecantibus exaudiſſe deum deprecationes eorum. ⁊ ſubito contra omniuȝ ſpem largiſſimis hymbribus profuſis exercitus quidem periclitātis ꝓ quo orauerāt chriſtiani ſitim ſedatā hoſtes vero d iam exicialiter imminebant fulminibus crebris: et

celitus prolapſis ignibus effugatos: Quod factum refertur quidem et ab hyſtoricis gentilium. Sed quia noſtrorum orationibus impetratū ſit non refertur quippe apud quos etiam cetera miracula que a noſtris geſta ſūt nō habent fidem. Noſtrorum vero ⁊ tertulianus hoc memorat. et apd grecos appollinaris. Qui etiam ipſam legionem pro inſignis facti miraculo mutato nomine vocitatam dicit ab imperatore Fulmineam. Tertulianus vero marci imperatoris epiſtola etiā nūc haberi dicit quibus de his apertius indicatur. Sed nos iam ex hoc ad hyſtorie ordinē redeamus. ¶ Igitur photino nonageſimo vite ſue anno cū ceteris gallie martyribus conſummato. hyreneus Lugdunenſis eccleſie ſuſcepit ſacerdotium. Quem hyreneum Policarpi auditorem fuiſſe in pueritia comperimus. hic in tertio adverſum hereſes libro Eleutherii epiſcopi temporibus/que tempora nunc habemus in manibus/ ſcribere ſe opus illud indicat his verbis.

Capitulū ſextum de ſucceſſione epiſcoporum romanorum.

Fundata igitur et edificata eccl'ia beati apoſtoli ligno officium epiſcopatus iniungunt. Cuius Lini Paulus in epiſtola ad Timotheū meminit. huic ſuccedit Anacletus. Poſtq̄ tertio loco epiſcopatus ſuſcepit Clemens hic autem cum beatis apoſtolis fuit: et cum ipſis vitam ſemper exegit: atq̄ ab ipſis inſtitutus: recentem gerebat traditionis eorum memoriam ⁊ predicationis eorum formā ſemper habebat in oc'lis. Sub hoc ergo Clemente. ſeditio non modica exorta eſt apud corinthum inter fratres. ita vt ex perſona romane eccleſie. ſcriberet ipſe clemēs ad corinthios epiſtolam neceſſariam: que eos revocaret in pacem: ⁊ fidem eorum que concuſſa fuerat renovaret: exprimens in ea apoſtolorum traditionem quem nuper ab eis ipſe ſuſceperat. Et poſt aliquanta iterum dicit. huic autem clementi ſucceſſit euariſtus. Et euariſto Alexander. Et poſt hunc ſextus ab apoſtolis ordinatur ſixtus. Poſtq̄ Thelephorus qui ⁊ illuſtre martyrium duxit. Poſt hunc hyginus. Deinde pius Poſtq̄ anicetus. huic ſucceſſit ſother. qui nūc duodecimo loco ab apoſtolis epiſcopatus obtinet ſortem ⁊ eaſdem quas apoſtoli tradiderunt predicationes diuine fidei integras illibataſq̄ cuſtodit.

¶ Capitulum. vii. q̄ illis temporibus per chriſtianos miracula fiant.

Et hyreneus in ſupradictis libris compleſus eſt. Sed ⁊ in ſecūdo nichilominus eiuſdem operis libro dicens etiam ſuis temporibus reliquias quaſdam diuine virtutis in eccleſiis inueniri hoc modo ſcribit. Abeſt autē lōge ab eis vt mortuū ſuſcitēt ſicut dominus ſuſcitauit ⁊ apoſtoli p orationes. Si ⁊ fratres frequenter fecerunt hoc in plurimis eccl'iis. Ita vt omni ſimul eccl'ia congregata ieiuniiſq̄ orationibus multis ad

deum profuſis conuerteretur ſpi
rit⁹ mortui et redderetur homo
viuus per orationes ſanctorum.
Et iterum dicit poſt aliquãta ꝙ
ſi dominum per fantaſiam dicẽt
feceſſiſſe hec ad ꝓphetas venia
mus ꝙ hec ab eo gerenda eſſe pre
dixerent: ⁊ qui confirmarũt hũc
eſſe filium dei. Propter quod ⁊ di
ſcipuli ſui in ipſius nomine et ab
ipſo accipientes gratiam. faciũt
hec/ad ſubueniendum ſaluti ho
minum prout vnuſquiſqꝫ merue
rit. Alij namqꝫ demones fugãt.
et ita eos qui incurſati ſunt pur
gant: vt interdũ ipſi illi qui cura
ti ſunt: credentes in eccleſia per=
maneant. Alij autem preſci etiã
accipiunt futurorum et viſiones
propheticas vidẽt. Alij infirmos
manu ſuppoſita reſtituunt ſani=
ti. Sed et mortui ab his aliquo=
tiens ſuſcitati ſunt: et permanſe
runt nobiſcũ per annos multos.
Et quid plura: non eſt numerus
ſingularũ virtutũ que per vniuer
ſum mũdum in eccleſijs dei gerũ
tur per gratiam et nomen Jeſu
chriſti ſub põtio pylato crucifixi.
Que tamen quotidie fiunt nõ ob
aliquam nundationem neqꝫ ob
pecunie queſtum. ſed ſicut gratis
gratia accipit adeo: ita gratis
eadẽ miniſtratur. Et iterũ alio
in loco idem hyrene⁹ ita ſcribit.
Sicut/inquit/audiuimus multos
ex fratribus in eccleſia gratiam
habentes prophetarum ⁊ omni=
bus linguis loquẽtes p ſancti ſpi
ritus donũ. Qui ⁊ miſteria et ſe=
creta dei in manifeſtum cum ex=
pedit proferunt. Hec autẽ inſerui
mus vt oſtenderim⁹ diuerſas ſã
cti ſpirit⁹ gratias: vſqꝫ ad illa ad
huc tempora apud dignos quoſ=
qꝫ in eccleſijs perduraſſe. quoniã
quidẽ in initijs polliciti ſum⁹ hoc
nos in tẽpore probaturos.

¶ Capitulum. viij. aliqua de qui
buſdam no. teſta. libris ⁊ de trãſ=
latiõe. lxx. ex hyrenei ſentẽtia. A

Sed ⁊ de ordine cano
nis diuinarum ſcri=
pturarum/qd etiam
ſupradictus vir hy=
renens ſentiat ipſi⁹
nichilomin⁹ ſermoni
bus ꝓferam⁹. Primo inqt de ſan
ctis euangelijs videamus. Mat=
the⁹ quidẽ hebreis ꝓpria eorum
lingua conſcriptũ edidit euãge=
liũ cum paulus ⁊ petrus in vrbe
roma euangelizarent: atqꝫ eccle
ſie inibi fundamenta ſolidarent.
Poſt quorũ exitum/ Marcus di
ſcipulus ⁊ interpres Petri euãge
lium quod ille p̄dicauerat digeſ=
ſit in libro. Poſt hec Johannes di
ſcipulus domini qui ⁊ ſupra pect⁹
ei⁹ recubuit edidit euãgeliũ apd
epheſum vrbem aſie poſitus. Hec
in tertio ſupradicti operis libro.
In quinto vero de reuelatione io
hannis ſcribens ⁊ de numero no=
minis antichriſti: hec refert. Cũ
igitur hec ita ſe habeant ⁊ in om
nibus rectis ⁊ antiquis exempla
ribus iſte numerus inueniat. ſed
et illi hec eadẽ conteſtentur qui
Johannem viderunt in corpore
poſitum ⁊ verbũ domini p̄dicãtẽ:
quia numerus beſtie ſecundũ gre
corum cõputum ⁊ litteras que in
eodem cõſcribunt. Et pauloPoſt
iterum ſubiungit hec. Nos ergo
periculum incurrere nolumus de
antichriſti nomine confidẽti⁹ ali
quid ꝓnunciãtes. Si enim opor=
teret hec euidenter ⁊ palã in hoc
iam tempore p̄dicari vtiqꝫ ⁊ per

Nam qui apocalipſim ſcripſit: nomen eius euidēter fuiſſet expreſſum: quia nec illa reuelatio ante multum tēporis facta eſt: ſed pene iam noſtra etate prope finem Domitiani Ceſaris. Hec nobis etiam de apocalipſi vir ſupra memoratus expoſuit. Meminit autem prime epiſtole Johannis: et prime petri: plurimaqꝫ ex ipſis ſumit exempla. Necnon ⁊ libellum qui dicitur paſtoris amplectitur dicens. Bene ergo refert ſcriptura que dicit primo omnium credendum eſt: quia vnus eſt deus qui omnia creauit atqꝫ compoſuit. Utitur autem ⁊ teſtimoniis de ſapientia Salomonis. Sed et apoſtolici cuiuſdam viri cuius nomē reticuit: ſermonum quaſi memoriter meminit. Juſtini quoqꝫ martyris: ⁊ ignatii memoriam facit ⁊ ea que ſcripſerunt producit in mediū: et promittit ſe quoqꝫ aduerſum ſcripta Martionis reſponſurum.

B ¶ Sed ⁊ de ſeptuaginta interpretibus diuinarum ſcripturarum audi quibus referat verbis Deus inquit homo factus eſt: et ipſe domin⁹ ſaluabit nos: qui dedit ſignum illud quod de virgine ſcriptum eſt. Et non ſicut quidā dicunt eorum qui modo auſi ſunt aliter interpretari ſcripturas et aiunt. Ecce iuuencula in ventre accipiet ⁊ pariet filium. Sicut interpretatus eſt theodotium epheſius: ⁊ aquila ponticus: ambo iudei ꝓſeliti. Quos ſecuti ſunt Ebionite: qui dicunt chriſtum de Joſeph natum. Et pauca iterū infra ſubiūgit. Prius enim inquit ꝙ romanorum inualeſceret principatus: cum adhuc macedones aſiā poſſiderent. Ptoleme⁹ lagi filius volens bibliothece ſue quā apud Alexandriam ex omnium veterum grecorum voluminibus conſtruebat: maiorem gloriam querere: petiit etiā ab hieroſolymis vt hebreas eorum ſcripturas in grecam linguam interpretes acciperet. At illi ſubiecti quippe erant macedonibus electos ⁊ in ſcripturis ſanctis eruditiſſimos atqꝫ in vtraqꝫ lingua peritiſſimos viros ſeptuaginta preſbyteros: miſerunt ad ptolomeum. In quos tamen dei voluntas ⁊ conſilium gerebatur. Cum ille ſingulorum volens accipere documenta: et verēs neforte per interpretationem occultarēt inſertam diuinis voluminib⁹ veritatem: ſingulos a ſe inuicem ſeparat: et eadem ſeorſum poſitos interpretari iubet eumqꝫ ordinem interpretandi in ſingulis quibuſqꝫ voluminibus obſeruari. Quoſqꝫ rurſum ſe coram in vnum omnes reuocari: ⁊ cōferre adinuicem que ſinguli interpretati ſunt facit. Et tunc deus vere glorificatur: et ſcriptura ſācta ꝙ vere diuina eſſet agnoſcitur. Omnes enim eadem hiſdem verbis: eiſdemqꝫ nominibus ac ſententiis ſcripſerāt ab initio vſqꝫ ad finem: ita vt et ipſi qui aderant gentiles agnoſcerent quia dei nutu ſcripture tunc interpretate ſunt. Et nichil mirum ſe diuina prouidētia hoc ita fieri procurauit: cum in ea captiuitate que populo accederat ſub Nabuchodonoſor rege corruptis ſcripturis cum poſt .lxx. annos iudei ad patriam ſuam redirent temporib⁹ Artaxerſis Perſarum regis: iſpirauerit de⁹ heſdram ſacerdotem ex tribu leui: vt omnia priorum prophetarum

volumina ac verba repararet: ac reſtitueret populo legem que per Moyſem fuerat data. Hec hyrcaneus.

¶Capitulum.ix. de pantheno philoſopho viro ⁊ eruditiſſimo et chriſtianiſſimo.

Igitur decem ⁊ nouem anniſ Antho= ninuſ cũ in imperio p du= raſſet: poſt exceſſum ſui: principatum. Cõmodo dereliquit. Huius primo imperij Anno Julianus apud Alexandriam ſacerdotiũ accipit. Agripino ex actis duodecim annis in epiſcopatu defuncto. Cum per idem tempus ſole eccleſiaſtice et doctoris officio: preeſſet vir in omni eruditione nobiliſſimus panthenus. Ex quo apud eos conſuetudo antiquitus tradita: vſq; in hodiernum permanet: diuinarum ſcripturarum doctores michi ſcole eccleſiaſtice haberi viros duntaxat in ſcientia ⁊ eruditione probatiſſimos. Huius ergo officij velut auctor quidam: ⁊ dux vir de quo ſupra diximus / ſatis illuſtris habebatꝰ. Quippe qui etiam ĩ philoſophis prius qui Stoici appellantur: nobiliter claruiſſet. Cuius tantum ſtudiũ erga verbum dei et tantus amoris fuiſſet traditur: vt etiam ad predicandum Chriſti euangelium omnibus gentibus que ĩ orientis vltimis receſſibus reconduntur fidei et deuotionis calore ꝑfectu ſit: et vſq; ad indiam citeriorem: verbum dei predicando peruenerit. Erant enim adhuc in illis temporibus et euangeliſte nonnulli qui ad imitationem ſanctorum apoſtolorum in diuerſis orbis partibꝰ oberrantes per gratiam dei et animi ſui virtutẽ verbum dei et fidem chriſti: ignorantibus quibuſq; gentibus inſerebant. In quibus precipuus et illuſtris panthenus habebatur. Quem ferunt cum ad indos per ueniſſet: reperiſſe ꝙ Bartholomeus apoſtolus apud eos fidei ſemina prima cõdiderit: et Mathei euangelium hebreis ſcriptum litteris dereliquerit quod per idem tempus ſupradictus Pathenus inibi repertum detulerit. Sed et in multis preterea alijs doctrine eccleſiaſtice ſtudijs apud Alexandriam claram factis et nobilem vitam: optimo et admirabili fine concluſit. Tam viua voce diſcipulos inſtruens quã ⁊ librorum monimentis etiã poſtis theſauros ſcientie derelinquens.

¶Capitulum decimum de clemẽte alexandrino.

In his diuina ſcripturarum traditionum ſcholis ꝙ maxime efflorũit apud Alexandriã Clemens: eodem vocabulo quo et in vrbe Roma apoſtolorum et

ſucceſſoꝛ et diſcipulus vocitatus. Deniqꝫ hic ipſe clemens in ſeptimo diſpoſitionum libꝛo/ Panthe ni tanquã magiſtri et pꝛeceptoris ſui. mentionem facit. Sed et in pꝛimo libꝛo ſtromaium: hunc eundem deſignat in eo loco vbi enumerat: qđ plures apoſtolice pꝛedicationis repererit viros: hec dicens. Michi quidem commentarij huic operis non ad oſtẽtationem ſcribuntur: ſed ad commemoꝛationem ſenecte: et ad obliuionis remedium. Quo ſcilꝫ in his ſit michi adumbꝛatio quedam rerum magnificarum diuinoꝛumqꝫ ꝟboꝛũ: que audire merui a viris ſanctis et beatis. Quoꝛum ab alio apud achaiam: ab alio apud Syriam: ab alio vero in oꝛiente: et maxime apud Paleſtinam inſtitutus ſum ex hebꝛeoꝛum origine veniente. Aduſtimum autem in egypto magiſterio vſus ſum. viri virtutis ⁊ ſcientie merito: omnibus pꝛeferendi. Poſt quẽ velut theſauro in abſcõditis reperto aliud querere vltra ceſſaui. Et illi quidem diuine doctrine veritatem: michi que ſibi ab ipſis ſtatim pꝛimis auctoꝛibus/ Petro / et Jacobo / ac Johanne: et Paulo ſanctis apoſtolis tradita fuerant: tanquã patres filio commendarunt. Sed pauci patribus ſimiles filiĩ. Tamen deo fauente: per ipſos in nobis apoſtolici germinis plantata ſunt ſemina.

¶ Capitulum vndecimum de epiſcopis hieroſolymoꝛum.

Per idem temp⁹ eccleſie hieroſolymoꝛum narciſſus pꝛeerat. Qui fames merito: noſtris adhuc tẽpoꝛibus celebꝛatur: quintãdecimã poſt eos qui ex cirſuncíſione fuerant ſucceſſionẽ: vſqꝫ ad tempoꝛa adriane obſidionis adducens. Pꝛimũ nãqꝫ inibi ex gentibus Epiſcopum fuiſſe indicauimus Marcum. Poſt quem Caſſianum: inde Punlium. Poſt hunc Maximum ⁊ ſic Julianum poſt quẽ Cayum: ⁊ iterum aliũ Julianum. Capitonem quoqꝫ et Ualentem. Inde dolitianũ. Poſt quem triceſimum ab apoſtolis Narciſſum.

¶ Cap. xij. de quodam rodone ⁊ marcionis hereſi.

Verum ea tempeſtate Rodo quidam ex Aſie pꝛouincia oꝛiũdus: vt ip̄e ſcribit in vꝛbe Roma erudit⁹ refert a Tatiano cuius in ſuperioꝛibus inter ceteros ſcriptoꝛes meminimus libꝛos q̄plurimos ⁊ maxime contra martionis hereſim ſcriptos. Quam aſſerit idem Tatianus in diuerſas ſciſſam eſſe ſententias. Sed ⁊ qui: ⁊ quam ob cauſam ex eadẽ hereſi ſciſſi ſint: ipſe per hec verba deſignat. Propterea inqͣt etiã inter ſemetipſos diſcoꝛdãt: qui a id affirmare cupiunt: quod nõ poteſt ſtare Ex eoꝛũ nãqꝫ grege eſt appelles qui abſtinentie et ſenectutis p̄rogatiua vſus: vnũ quidẽ omniũ eſſe fatetur initiũ. Pꝛophetas tamẽ cõtrario ſpiritu aſſerit

lieres priſcã ⁊ maximillã: quas ꝓphetiſſas velut ex ipſiꝰ factas inſpiratione iactabat.

¶ Capitulum. xiiij. de florino ⁊ blaſto ⁊ ſciſmate ab eis rome facto.

Sed in vrbe Roma Florinus quidam gradu preſbyterij de eccleſia collapſus/ vna cũ Blaſto ſocio ⁊ criminis ⁊ furoris: plurimos de eccleſia in ſuum baratrũ deducebant noua aduerſum veritatem figmẽta machinantes. Sed aduerſum hereſim catafrigarum ſcutum validiſſimum protulit appollinaris hierapolites: de quo ſupra memorauimꝰ: alijq̃ꝫ q̃ plurimi ad id locorũ eruditiſſimi viri/ aduerſus eos ꝓ veritatis defenſione certarunt. Qui etiã nobis ad hyſtorie textũ monimenta validiſſima reliquerũt. Interi vt dixımꝰ. Apolinaris ſcribẽs aduerſus hanc hereſim/ ⁊ deſignans in p̃fatione q̃ per eccleſias gallatie vicinarũq̃ꝫ ꝓuinciarũ digrediẽs/ ⁊ plurimos ab eis irretitos videns: multos quidem ⁊ coram diſputando correxit: rogatus tamẽ a fratibꝰ etiã hec ad ipſos ſcripta trãſmiſerit. In quibus poſt aliquãta cũ auctorẽ huius hereſis deſignaſſet progrediẽs etiã hec addidit.

¶ Cap̃. xv. de mõtano heretico ⁊ duabꝰ mulierculis ſecum pariter inſaniẽtibus.

ORigo inquit huius hereſis que aduerſum eccleſiam nuper exorta eſt/ inde deſcẽdit. Uicus quidã eſſe dicitur apud Meſſiã frigie ciuitatẽ q̃ appellatur ardabau. In quo aiunt mõtanũ quẽdam nomine qui nuper ad fidẽ xp̃i venerat ſub graue aſie proconſule cupiditate nimia ꝓmatꝰ acceſſum/ cõtrarijs ſpiritibus in ſemetipſo locum dediſſe: ac repente in quodã exceſſu mentis effectum/ ⁊ velut ſpiritu actũ ꝓloqui cepiſſe noua quedã. ⁊ diuerſa ab ijs q̃ ex ſucceſſione maiorũ eccl'ie tradita fuerãt velut ꝓphetali ſpecie ꝓferẽtem. Que cũ ita viderẽt fieri hi q̃ per idem tp̃s aderãt auditores: alij cum velut demone repletũ/ ⁊ erratico perflatum ſpũ/ ad decipiẽdos populos indicãtes obiurgabant. ⁊ ꝓloqui omnino ꝓhibebant memores dominici p̃cepti ⁊ comminationis eius qua iubet obſeruari a falſis ꝓphetis. Alij autẽ velut ſancto ſpũ repletũ: et prophetica gratia donatũ putabãt Et immemores dñi p̃cepti/ erratico ⁊ ſeductorioꝛ ſpiritui eatenus indulgebant. vt etiam prouocare eum ad dicenda aliqua delectarentur. Et hoc fiebat arte dyabolica/ qua indiſciplinatis perditio parabatur. A quibus montanꝰ cum ſupra q̃ dignum eſt in veneratione haberetur/ in tãtũ temeritatis ꝓgreſſus eſt/ vt etiã duas quaſdã mulieres inſano ſpiritu quo ipſe replebatᷣ participes ſibi faceret. ⁊ ad inſaniendum ſecum pariter edoceret: q̃ facilꝰ vterq̃ꝫ ſexus in errorem per vtrumq̃ꝫ caperetur. Hi etiã beatificare eos qui ſibi familiarius adherebant et promiſſionũ magnitudine tumidos reddere. Interdum etiã obiurgare quoſdã vt ne in omnibus adulatores deprehenderentur. Tamẽ perpauci erãt ex Frigibus qui eorũ deciperentur in-

ſania. Quibus ⁊ perſuadebat in
vniuerſam eccleſiam que per or
bem terre eſt blaſphemare: ⁊ nõ
ſolum nihil ei deferre reuerentie
ſed ne limen quidẽ eius incedere
Frequẽter tamẽ aduẽtãtibus ex
aſia fratribus/ veſani et cõtra fi=
dem xp̃i bachãtes: cõfutati vt he
retici corruptoreſq; ꝟitatis ab ec
cleſie cõuentu ⁊ ſocietate depulſi
ſunt. Hec in p̃mo libro ſcribens ⁊
per oẽ operis ſui corpus fraudes
hereſis in ſingulis quibuſq; con=
uincens. In ſecundo quoq; volu
mine de eiſdem etiam hoc ſcribit
Quale eſt aũt inquit qđ ⁊ ꝓphe=
tarũ ꝑcuſſores nos vocãt/ ꝓ eo q̃
inſanas eorũ nõ ſuſcepimꝰ fanta
ſias. Dicunt enim hos eſſe quos
ꝓmiſerit dñs ad populũ ſuum ſe
eſſe miſſurũ prophetas. Reſpon=
deãt ergo nobis ſi adeo miſſi ſũt
ꝓphete mõtanus ⁊ mulieres eiꝰ
quis eorũ a iudeis perſecutiones
paſſus eſt: aut quis ab iniq̃s occi
ſus eſt: vel q̃s eorũ ꝓ noĩe dñi ten
tus eſt. Et ante reges ⁊ preſides
ſtetit. Aut q̃s in ſinagogis iudeo
rum flagellatꝰ eſt. Uel quis lapi
datus eſt. Quinimo ⁊ ecõtrario
tradit q̃ finẽ vite exemplo iude
traditoris acceperit. Dicũtur eñ
ip̃o demõe quo iſpirabãt id agẽ
te: diuerſis q̃q; tp̃ibus vitam la=
queo finiſſe. Illũ vero admirabi
lẽ veluti ꝓphetie ip̃orũ primoge=
nitũ theodotũ noĩe: tradũt quo=
dã tp̃e viſu ſibi eſſe velut in celo
aſſumi. ⁊ crediſſe ſe ſpiritui er=
roris: quo euectũ in excelſis ⁊ in=
de deductum ad terram finem
vite exitu peſſimo terminaſſe. Sꝫ
hec ipſi de montano vel theodo=
to ac mulieribus ita geſtum ne=
gant. Tamẽ a plurimis affirma
tur. Quod cũ inter negãtes ⁊ cõ
firmantes: nos rei fidem relin=
quimus in medio. Item poſt ali=
quanta ſubiũgit etiam hec. Sed
et ſancti epiſcopi probatiſſimi vi
ri qui per idem tẽpus fuerũt zoti
cus de cumana: ⁊ iulianus de apa
mia/ aggreſſi cohibere ſpiritum
qui loquebat̃ in maximilla iuſſe
runt themiſſonẽ obturare os eiꝰ:
et excludere vocem falſis errati
ci ſpiritus. Quod ⁊ ita factum eſt
Et iterum coarguens falſã fuiſſe
Maximille prophetiam que bel=
la ꝙ plurima imminere predixe
rat: his vtitur verbis. Et quomo
do non eius mendacium euiden
ter arguitur. Tredecim namq;
iam exacti ſunt anni vſq; ad pre
ſentẽ diez: ex quo mortua eſt iſta
mulier: et nuſq̃ prorſus vel priua
tim vel publice bellũ aliquod ex=
ortum eſt. Sed ⁊ chriſtianis per
dei miſericordiaz par iugis ⁊ fir
ma perdurat. Sed ⁊ in tertio li=
bro de iĵs qui ſe iactabãt q̃ mul=
ti martyres ex eorum hereſi exti
tiſſent/ hoc dicit. cuz inquit in om
nibus que ſupra diximus conui=
cti nichil reſpondere potuerint/
ad martyres confugiunt: dicen=
tes ſe multos habere martyres:
et hoc eſſe indicium: q̃ verus ſit
apud ip̃os ꝓpheticus ſpiritus.
Quid ergo. Quia multi ⁊ aliĵ he
retici plurimos martyres habẽt
ideo acquieſcendũ eſt eis/ q̃ etiã
veritas apud ipſos ſit. Nam pri=
mi qui dicuntur martioniſte ha
bent plurimos martyres. Sed
que eſſe poterit apud eos mar=
tyriĵ veritas: vbi Chriſti veri=
tas non eſt. Et poſt aliquanta
iterum ſubiungit. Deniq; ait.
Sancti martyres qui pro vera fi
de martyrium ducunt/ cum de
eccleſia procedentes ad paſſio

nem ducuntur ſi qui forte inuenti
fuerint cum eis de hereſi trigū ſe=
cernunt ab eis ⁊ reſpuūt eorū ſo=
cietatem nec vllo genere cum iaꝫ
martirij palmam teneāt ſpiritui
montani ⁊ maximille acquieſcē=
dum putant. Sicut ⁊ noſtris tem
poribus apud apamiā/ que eſt ſu
pra meandrum poſita/ geſtū ſci=
mus a Cayo et alexandro qui de
eumenia martires extiterunt.

Capitulum.xvi. de mel
ciade ⁊ eius ſcriptis.

IN eodem autem
ope mēinit Melci
adis ſcriptorꝫ: tā
ꝙ qui et ipſe librū
aduerſum here=
ſim ſupradictā cō
ſcripſerit. Deni=
qꝫ et inſerit ex eius dictis ſuo ope
ri hec verba. Neqꝫ enim creden=
dum eſt/ inquit/ in exceſſu mentis
id eſt per amētiam prophetari:
quod eſt proprie pſeudo prophe=
tarum. Ubi enim quis amens ef
ficitur iuſti rectiqꝫ eſſe nō poteſt
tenax. qui ſine dubio initium ſu=
munt ex imperitia: ad finem ve=
ro deuoluuntur amentie ſicut ſu=
pra diximꝰ. Hoc autē modo neqꝫ
in veteri teſtamento quemꝙ ne=
qꝫ in nouo per dei ſpirituꝫ extitiſ
ſe prophetam poterūt demōſtra=
re. quia neqꝫ agabus neqꝫ iudas
neqꝫ ſilas neqꝫ quattuor filie phi=
lippi neqꝫ ammia ꝙ̄ in philadel=
phie eccl'ia ꝓphetauit neqꝫ qua
dratus neqꝫ alius quiſquā ex nu
mero ipſorū hoc modo dignoſci=
tur propheraſſe. ⁊ poſt pauca ite=
rum ſubiungit ⁊ dicit. Si enī poſt
quadratum ⁊ ammiam philadel
phinam vt aiūt mulieres iſte mō
tani ſucceſſerunt in propheticam
gratiā ⁊ ſicut cōfirmabant vni=
uerſe eccleſie date ſunt ad ꝓphe=
tandum vſqꝫ ad aduētum domi=
ni decipitur eorum confirmatio.
Quartumdecimum etenim iam
pene habet annum ex quo defun
cta eſt maximilla. Hec ex ſupra=
dicti viri commentarijs. Ipſe ve
ro de quo indicat melciades etiā
alia nobis proprij operis non cō=
temnenda monumēta dereliquit.
Scripſit nāqꝫ ⁊ aduerſus gentes
librū ⁊ aduerſus iudeos alium: ⁊
ad principes romani regni apo=
logeticū pro fide noſtra ſcripſit ⁊
aduerſum catafrigas hereticos.

Capl'm.xvii. Apolloniꝰ
montani hereſi declarat
eamqꝫ et eius ꝓphetiſſas
fortiter impugnat.

SEd ⁊ Apolloniꝰ qui
dā eccleſiaſticus ni
chilominus ſcriptor
bellū aduerſuꝫ eos
edidit in quo ſatis
vigilanter prophe=
tias ipſorum falſas eſſe cōuincit.
et ſingula in eis verba coarguit.
ſimul ⁊ vitam moreſqꝫ eorum qui
auctores hereſeos extiterunt ex=
ponit per hec verba. Sed videa=
mus/ inquit/ quis eſt hic nouꝰ ma
giſter. et primum nobis doctrinā
eius ſecundum domini ſententiā
actus ipſius ⁊ opera cōmendent.
Hic eſt qui docuit nuptias ſolui ⁊
qui ieiuniorum leges primus im
poſuit. Qui Pepuſam ⁊ Thimiū
oppida frigeꝰ hieruſalem nomi=
nauit. atqꝫ in hec omnes congre
gando diſcernit. Qui exactores
pecunie ſtatuit. Qui ſub nomine
oblationuꝫ munera artificioſius
accipit. Qui ſalaria p̄ſtat p̄dicā=
tibus verbū ſuū vt ꝑ hoc inuitati
enixius doctrine eiꝰ operā p̄beāt

hec de montano. De mulieribus
vero eius poſt aliquanta ita ſcri
bit. Oſtēdem⁹ autē primo omniū
has ꝓphetiſſas ex quo ſpiritu re
plete ſunt viros ſuos reliquiſſe.
Quomō ergo mentiunt̄ priſcā vir
ginē fuiſſe. Et poſt aliquanta ite
rum dicit. Nō tibi videtur ꝙ om=
nis ſcriptura prohibet prophetā
munera accipe vel pecunias. Si
ergo videam prophetā accepiſſe
aurū et argentū ⁊ veſtes precio=
ſas quomodo eā prophetā putes.
Et iterū poſt aliquanta ſubiun=
git dicens. Sed ⁊ themiſſus ꝗ apd̄
eos noīe tantū confeſſionis infla
tus eſt: vere autē cōfeſſionis fru=
ctib⁹ caret: qm̄ quidē per multaꝫ
pecuniā vincla depoſuit quē opor
tebat vtiqꝫ humiliter ſe agere hic
arrogantia elatus apoſtolice ſi=
bi aliquid auctoritatis aſſumens
epiſtolā ad oēs eccleſias ſcribit.
In qua docere conat̄ eos ꝗ mul=
to rectius ꝙ̄ ipſe credebāt. Et co=
hortatur oēs ad nouas verborū
adinuentiones accōmodare aurē
ſuaꝫ. Blaſphemat aūt dn̄m ⁊ apo
ſtolos eius ⁊ ſanctam eccleſiam.
Sed ⁊ de aliis ꝗbuſdaꝫ qui apud
eos vt martires honorantur ita
ſcribit. Uerū ne in plurib⁹ immo
remur: dicite nobis de Alexādro
qui ſemetip̄m martirē dicit queꝫ
conuiuā hꝫ hec prophetiſſa: queꝫ
adorat vt deū minime hic pro la
trociniis aliiſqꝫ nefariis actibus
reus extitit. Non nos dicim⁹ ſed
acta hec publica cōtinent. Quis
ergo eoꝝ cui donat pctā. Prophe
tiſſa ignoſcit martyri latrocina:
an martir ignoſcit ꝓphete rapa
citatis et auaritie crimina. Cum
eīm dn̄s dixerit nolite habere au=
rum neqꝫ pecuniā neqꝫ duas tuni
cas iſti in omnib⁹ ꝯtraria gerunt
acquirentes ⁊ congregātes ea ꝗ
dn̄s etiā habentes iuſſit abicere.
Probamus nāqꝫ eos qui apud ip
ſos vel prophete vel martires no
minātur non ſolū a diuitibus ſed
etiā pauperib⁹ pupillis ac viduis
pecunias congregare. Aut ſi ha
bēt confidentiā aſſint: ⁊ ꝑ his ha
beant nobiſcū diſceptationeꝫ vt ſi
conuicti fuerint vel de cetero deſi
nant talibus ſe implicare cōmer=
tiis. Oportet eni ex fructibus vel
agnoſci vel etiā probari prophe=
tam. Sicut ⁊ dn̄s dicit quia arbor
ex fructib⁹ cognoſcitur ⁊ prophe=
ta verus ꝓbatur ex fructibus.
B ¶ Ut aūt de alexandro cer=
tius cognoſcatur ſciēdū eſt quia
iudicatus eſt apud Emiliū fronti
nuꝫ proconſulē epheſi non ꝓpter
nomen xp̄i ſed propter quedā la
trocinia. Nā a chriſti nomine iaꝫ
apoſtata extiterat. Sed poſt hec
vt fideles quidaꝫ fratres qui per
illud tēpus apud iudiceꝫ aliquid
poterant ꝓ ipſo intercederent/ ſi
mulauit ſe ꝓpter nomen domini
laborare ⁊ ꝑ hoc dimittitur. Nec
tamen in eccleſia patrie ſue rece
ptus eſt vbi latro eſſe ab omnib⁹
noſcebatur. Quod ſi qui forte mi
nus his ꝗ dicim⁹ accomodandam
exiſtimat fidem: in archiuis pu=
blicis apud Epheſuꝫ geſta ſeruā
tur. Que tamē ibi ſeruari hi opti
mi ꝓphete qui ei famulātur igno
rant. Qui vtiqꝫ cum in his cōuin
cit̄ ſine dubio et prophetarū igno
rātia cum ip̄o pariter redarguit̄.
Hec ⁊ multa alia i eo ſimilia poſ
ſimus edocere. Aut ſi cōfidunt:
incōminus veniāt excipiāt inten
tiones nr̄as et exuant ſe ab his ſi
putāt ſe eorū poſſe effugere cōſciē
tiā. Itē poſt pauca de ipſis ꝓphe
tis iſta ſubiūgit. Qđ ſi negant ſe

ꝓphete ipſoꝝ munera accepiſſe
ſtatuāt hoc vt ſi ꝯuicti fuerint ꝓ=
phetas ſe eſſe vltra non ſimulēt
ꝛ mille deferāt ꝓbamenta. Uerū
tamen neceſſariū puto etiā reli=
quos horū ꝓphetarū fructꝰ ꝓba
ri. Dicite michi o vos prophetiſ=
ſe vultꝰ prophetātis candoribꝰ et
ruboribꝰ aliqñ fuſcatur ꝓphetiſ=
ſa ſtibijs tingitur: ꝓphetiſſa orna
mētis vtitur ꝛ ornatibꝰ delectaṫ.
Deinde ꝓpheta ad tabulā et ad
teſſeras ludit. Propheta pecuniā
ſuaꝫ ad vſuras dat. Dicāt ſi licet
hec facere prophetis. Ego auteꝫ
vniuerſa hec eis probabo. Hec et
multa alia idē appoloniꝰ ad con
futandos eos ſatis ꝓbabiliter et
ꝯſtanter intexuit deſignans etiā
hoc ꝙ quadrageſimꝰ iſte quo hoc
ſcribebat ageretur annꝰ ex quo
montanꝰ falſe huiꝰ vaticinatiōis
initiuꝫ dederat. Refert etiam de
quodā zotico ꝙ apud pepuzā cuꝫ
prophetare ſe maximilla ſimula=
ret repente ingreſſus cepit impe=
rare ſpūi que ꝑ ipſa loquebaṫ ita
vt eū penitꝰ cohiberet. Sed obſti
terunt hi qui eis adulabanṫ. Me
minit aūt ꝛ tharſee cuiuſdā mar
tiris qui quaſi ex traditiōe prioꝝ
ſe accepiſſe aſſeruerit ſaluatoreꝫ
p̄cepiſſe apoſtolis ſuis vti ne an=
te duodecimū annū ab hieroſoly
mis diſcederent. Refert preterea
ꝛ apud epheſuꝫ mortuos a Johā
ne ſuſcitatos et alia ꝗ plurima. Ex
q̄bus oībꝰ vehemēter ſupradicta
hereſis ꝯfutatur. hec a pvolliniꝰ.

¶ Capl'm. xviij. aliqua q̄ de here
ſi mōtani ſcripſit ſerapion.

Serapion auteꝫ qui
poſt maximum epi
ſcopꝰ apud Antio=
chiā fuit in epiſtola
ſua quā ad cariciū ꝛ ponticū ſcribit de hac ipſa here
ſi poſt aliquāta hoc dicit. vt autē
etiā hec ſciatis ꝙ iſta que nūc no
ua ꝓphetia vel potius execratio
noua ꝓceſſit ab omi fraternitate
que in vniuerſo modū eſt reſpuiṫ
et refutaṫ trāſmiſi vobis claudij
Apollinaris ierapolitani Aſie ꝓ
uincie epiſcopi literas quibus de
his plenius inſtruamini. In hac
autē ipſa Serapiōis epiſtola ſub
ſcriptiones etiā quorūdā epōꝝ et
martirū ꝯtinentur. Ex quibꝰ vnꝰ
hoc modo ſcripſit. Aureliꝰ Cyri=
nus martir opto vos bene valere
Alius quoqꝫ hoc modo Aureliꝰ
Publiꝰ Juliꝰ a debeltho Colonia
Tratie epſ. Uiuit deꝰ in celis qr
beatus ſothas qui eſt in anchia=
lo voluit demonem priſcille eicere
ſed adulatores eiꝰ non permiſerit.
Sed ꝛ multorū ſimul epōꝝ eadeꝫ
declarantiū ſubſcriptiones ſupra
dictis litteris inherebāt. Uerum
de his ſatis dictum.

¶ Capl'm. xix. de quibuſdā libel=
lis hyrenei et quomodo mores et
actus policarpi explicat.

Per idē tēpus in vrbe
roma diuerſis nichi=
lominus nouitatibus
per nōnullos regula
traditionis eccleſia=
ſtice vexabatur. Pro quibus hy
reneus ad diuerſos ſcripta proro
gauit. Extat igitur vnus eius li=
bellus qui ſuperſcribitur ad bla=
ſtum de ſciſmate. alius ad floriuꝫ
de monarchia ꝛ ꝙ non ſit deꝰ ma
lorum creator. Hoc enim ſupradi
ctus vir videaṫ aſſerere. Qui ta=
men poſtea in errorem deuolutꝰ
eſt Ualentini. Scribit autem idē
hyreneus et de ogloade librum in

ROMA

tem dei ſummi aías ꝯgregabat. Denicꝫ ꝛ in vrbe Roma multos ex illis illuſtrib⁹ ꝑdiuitib⁹ viris cū liberis ꝛ cōiugib⁹ ac ꝓpinquis atqꝫ omni parit familia ſociauit ad fidē. Sed hoc nō equis oculis ille antiqu⁹ hūane ſalutis hoſtis aſpexit. Cōtinuo deniqꝫ aggreditur varijs nr̄os machinis ipugnare. Primo ī vrbe roma apolloniū qdā virū in fide noſtra ꝛ in omnibus philoſophie eruditionib⁹ illuſtrē ad iudiciū pertrahit accuſatore ei ſuſcitato quodā ifeliciſſimo ꝛ deſpate ſalutis hoīe. quiqꝫ qm̄ lex q̄ oblatos puniri iuſſerat xp̄ianos ī delatorē pri⁹ aīaduertendū cēſebat ad perhēno iudice vt eius crura cōminuerent ſententiam primus excepit. Tū deinde exorat beatus Apolloni⁹ martyr vti defenſionē ꝓ fide ſua quā audiēte ſenatu atqꝫ omni populo luculēter ꝛ ſplēdide habuerat ederet ſcriptam. Et poſt hec ſcōꝫ ſenatus conſultum capite plexus eſt. Ita nāqꝫ a priorib⁹ lex iniqſſime promulgata cenſebat.

¶ Cap. xxi. qui ſub commodo inſignes epi clarebant.

IGitur ſub eiuſdē cōmodi pͥncipatu eleutherio in vrbe Roma tredecim annis ſacerdotio fūcto victor ſuccedit. Sed ꝛ Iuliano apud Alexādriam poſt decē annos defunctos, demetri⁹ ſubſtituit. Apud ātiochiā quoqꝫ octau⁹ ab apoſtolis eps ꝯſtituit Serapion/de quo in ſuperiorib⁹ memorauim⁹. Tūc apd ceſareā Paleſtine teophil⁹ ꝛ Narciſus ī Ieroſolymis eccleſias ꝓcurabant apud corinthū vero bacil⁹ ꝛ apd epheſum policrates nobiles ī epiſcopis habebant. Sed ꝛ multi in alijs locis referunt per idem tēpus egregij ſacerdotes. Nos tamen eorū facim⁹ mētionē quorū fidē ꝛ ſciētiā ex ꝓprijs operis indutijs poſſum⁹ habere compertam.

¶ Cap. xxij. de queſtione ſuper obſeruatione diei paſche.

QUibus ea tēpeſtate eccleſijs ꝓſidētibus in ꝓuincijs Aſie q̄ſtio nō minima exoritur velut ex antiquorū obſeruatione deſcendēs qꝛ quartadecima luna putarēt omni gēti paſcha obſeruandū. Quando ſcꝫ iudeis agn⁹ ꝑcipitur immolari velut neceſſario confirmātes quocūqꝫ die ſeptimane quartadecima luna veniſſet ſolui debere ieiuniū cū talis conſuetudo in nullis ꝓrſus alijs vnquā obſeruata fuiſſet ecclīs. Ob quā cām conuētus epoꝝ ꝛ cōcilia p ſingulas quaſqꝫ ꝓuinciaꝝ cōuocātur ꝓrogatiſqꝫ ad ſe inuicē eplīs de ſingulis quibuſqꝫ locꝫ vnū oēs eccleſiaſticū dogma confirmant ne liceat aliquando niſi in die dn̄ica in qua dn̄s reſurrexit a mortuis dominicū paſche celebrare miſterium ꝛ in hac ſola ſoluēdū eē paſchale ieiuniū. Extat deniqꝫ vſqꝫ in hodiernum cōcilij apud Ceſareā paleſtine habiti decretū in quo primus eſt Teophilus ipſi⁹ ceſaree epiſcopus ꝛ Narciſſus hieroſolymorꝫ ſacerdos habet ꝛ in vrbis Rome conſilio ſimile aliud decretū cui prefuiſſe victor epiſcopus indicatur. Et ponti prouince palmas gallorū quoqꝫ ſacerdotalis cōuētus extat hyreneū preſulem ſcribens. Achaie vero Bachilum corinthiorum eccleſie epiſcopum:

qui omnes diuerſis locis vnã eã dẽq; iudiciũ ſui ſentẽtiã ꝓtulere.

¶Cap.xxiij.de eodem.

Sed epiſcopi regionis Aſiane ſeruandã magis a veteribus ſibi traditã cõſuetudinẽ cõfirmabant.

A ¶In quibus policrates qui in eis primatum agere videbat ad victorem epiſcopū Romane eccleſie ſcribẽs morem traditionis antique ad ſe vſq; delatũ per hec verba deſignat. Nos ergo inquit intemeratum paſche colim⁹ diem neq; addentes neq; auferẽtes aliquid. Etenim magna q̃dã luminaria apud aſiã dormierũt ſummi ⁊ electi viri quos domin⁹ ſuſcitabit in aduentu ſuo cum veniet de celis in gloria ⁊ requiret omnes ſanctos ſuos. In quib⁹ eſt Philippus euãgeliſta: qui dormiuit apud hyerapolim: ſed ⁊ due filie eius que virgines ſenuerũt. Et alia eius filia ſpirituſancto repleta q̃ apud epheſum dormiuit. Nec nõ ⁊ Johannes q̃ ſupra pectus domini recubuit qui fuit ſummus ſacerdos ⁊ põtificale petallũ geſſit martyr ⁊ doctor eccleſie. Qui ⁊ ipſe apud Epheſum dormiuit Policarp⁹ quoq; apõ ſmyrnam ⁊ epiſcopus ⁊ martyr. Similiter ⁊ tranſeas epiſcopus apud eumeniã: ſed apud ſmyrnã martyrio conſummatus. Quid autẽ dicam etiam ſagarem nichilominus ſacerdotem ⁊ martyrem: qui apud laoditiam quieſcit in pace Sed ⁊ Papyrium ⁊ Macharium Et melitonem ꝓpter regnum dei ⁊ eunuchũ ⁊ ſpirituſancto repletũ qui iacet in ciuitate Sardenſiũ: expectans aduentum de celis domini vt reſurgat a mortuis. Iſti ergo omnes diem paſche in quartadecima die menſis obſeruauerũt ſecundũ euangeliũ nichil omnino extrinſecus agentes: ſed et fidei regulam per omnia conſeruantes. Sed ⁊ ego omniũ veſtrũ minimus policrates ſcd̃m traditionẽ patrũ meorũ obſeruo eorũ dũtaxat quos ⁊ ab initio ſecutus ſum. Septẽ nãq; ex parentibus meis per ordinẽ fuerunt epiſcopi ego octauus. Qui omnes ita obſeruauerunt hunc diem: vt conueniret cum illo quo fermentũ iudeorũ popul⁹ aufert. Unde fratres cariſſimi ſexaginta quinq; annos etatis gerens in nomine domini multorũ quoq; orbis terre epiſcoporum noticiã pleniſſime habẽs ⁊ ſanctis ſcripturis intendẽs: non perturbabor ex his q̃ ad terrorẽ ꝓferunt quia ⁊ maiores mei dixerunt obtemperare oportet deo magis q̃ hominib⁹. Et poſt pauca de his qui ſecum adherent epiſcopis iſta ſubiungit. Poterãt autem etiam p̃ſentium epiſcoporũ facere mẽtionem quos ipſi petiſtis: vt euocarẽ ſicut ⁊ fecit. Quorum nomina ſi ſcribã: nimia multitudo ẽ. Qui omnes ſciẽtes paruitatẽ meã cõſenſu ſuo que ſcribimus confirmant: certi q̄ non inaniter canos attulimus: ſed ĩ diſciplina. Chriſti ſemper conuerſati ſumus. Sed adhuc Uictor Rome ne eccleſie epiſcopus pertinaci⁹ agẽs paſſim toti⁹ aſie ac vicinarum ꝓuinciarum eccleſias ac cõmunionis ſocietate abſcindere nititur tanquã in hereſim declinantes ⁊ litteras mittit quib⁹ omnes ſimul abſq; diſcretiõe ab eccleſiaſtico federe ſegregaret. Sed hoc non omnibus placeat epiſcopis

quin potius ⁊ econtrario ſcriben
tes ei iubebant vt magis que pa
cis ſunt ageret: ⁊ concordie atqꝫ
vnanimitati ſtuderet. Deniqꝫ ēt
extāt ipſorū littere: quibꝰ aſperiꝰ
obiurgant victorem velut inuti-
liter eccleſie ꝯmodis conſulētem
Nam ⁊ hyrenēꝰ cum ceteris qui
bus preerat galliarum epiſcopis
ſcribens confirmat quidem vt ī
dominica die reſurrectionis dn̄i
miſterium celebretur. Uictorem
tamē arguit ꝙ non recte fecerit
abſcidere a corpore vnitatis tot
⁊ tātas eccleſias dei q̄ morē anti
quitus ſibi traditū cuſtodirent.
B ¶ Sed ⁊ de multis aliis ꝯmo-
net per hec v̄ba. Non ſolū inquit
de die paſche agitur controuer-
ſia ſed ⁊ de ip̄a ſpecie ieiuniorū.
Quidam enim putant vna tātū
die obſeruari debere ieiuniū: aliꝗ
duabus: alii vero pluribus. Non
nulli etiam quadraginta ita vt
horas diurnas nocturnaſqꝫ cōpu
tantes diem ſtatuāt. Que varie
tas obſeruantie non nunc primū
neqꝫ noſtris temporibus cepit ſꝫ
multo ante nos ex illis: vt opinor
qui non ſimpliciter quod ab ini
tio traditum eſt tenētes in alium
morem vel per negligentiam vel
per imperitiam poſtmodum deci
dere. Et tamē nichilominus oēs
iſti etiam cū in obſeruantiam va
riarēt inter ſemetip̄os ⁊ nobiſcū
pacifici fuerunt ſemper ⁊ ſunt nec
diſſonentia ieiunii fidei conſonā-
tiam rupit. Poſt hec inſerit etiā
hyſtoriam quandam que pro ſui
oportunitate nec a nobis debet
obmitti. Deniqꝫ ait. Et illi oēs añ
ſoterem p̄ſbyteri qui eccleſie tu
cui nunc prees ſacerdotium te-
nuerunt. Anicetum dico et pium
iginūqꝫ ⁊ theleſphorum ⁊ ſixtum
Neqꝫ ipſi ita tenuerūt: neqꝫ hi q̄
cum ipſis erant. Et tamē cū ipſi
ita non obſeruarēt: pacē ſemper
habuerūt cum illis eccleſiis que
hunc obſeruantie morē tenebāt.
Cum vtiqꝫ ⁊ ipſis contrarium vi
deretur ꝙ non etiam ceteri ſimi-
liter obſeruarēt: nunquam tamē
ob hoc repulſi ſunt aliq̄ ab eccle-
ſie ſocietate aut venientes ab illis
partibus nō ſunt ſuſcepti. Immo
potius ⁊ omnes p̄ſbyteri qui fue
runt ante te omnibus ſemp̄ q̄ nō
ita obſeruabāt p̄ſbyteris eccl̄ia
rum euchariſtiam ſolēniter trāſ-
mittebant. Beatus aūt Policar
pus cū ad vrbem Romā veniſſet
ſub aniceto cūqꝫ de aliis nōnullis
parū quid habuiſſent inter ſe ſta
tim tamē coiſſent in pacē de hac
queſtione ita egerūt vt nō vnuſ-
quiſqꝫ ſententiā ſuam obſtinata
contētione defenderet. Neqꝫ eñi
aut anicetus Policarpo ſuadere
poterat: vt non obſeruaret ea q̄
nouerat Iohannē diſcipulum do
mini vel ceteros apoſtolos cū qui
bus ſemp̄ fuerat obſeruaſſe. neqꝫ
rurſum Policarpus anicetū per-
ſuaſit ea deſerere que ille dicebat
a ſe maiorum more ſeruari. Cūqꝫ
hec ita inter ſe habuiſſent cōmu
nicarunt ſibi inuicem: ita vt cede
ret anicetꝰ Policarpo etiā ſacer-
dotali miniſterio honoris dūta-
xat ꝯtēplatione perfungi. Et ita
ab inuicem plena fide pace inte-
gra ⁊ firma charitate diſcedunt
vt oēs eccleſie ſiue q̄ ita de paſcha
ſiue q̄ non ita obſeruarent inter
ſe tamē concordiam cuſtodirent
Hec hyreneus agens nominis ſui
opus pacē videlicet dei eccleſiis
concilians ſcribit. Et non ſolum
Uictori: ſed ⁊ diuerſis eccleſiarū
doctoribꝰ ſimiliter per epiſtolas

aſſerit ꝙ nulla pro hac queſtione
in eccleſijs dei diſſenſio debeat
oboriri.

¶Cap.xxiiij. de eodem.

Apud paleſtinã q̃q
conuenietes in vnũ
ſacerdotes dei Nar
ciſſus hieroſolymo
rum ⁊ Teophilꝰ de
quibus iam ſupra
diximus:ſed ⁊ cum ipſis caſſiꝰ ty=
rius ⁊ clarus de ptolomaide ⁊ ce
teri per multi pariter cõgregati:
cũ de hac queſtione ageretur q̃d
etiam apud ipſos apoſtolica tra
ditio cõtineret circa finẽ decreti
quod in concilio eorum ſtatutum
eſt. hoc modo indicant. Epiſtole
aiunt noſtre exemplaria per oẽs
eccleſias trãſmittãtur vti ne rei
efficiamur animarũ que diuerſis
erroribꝰ immergũtur. Deſigna
mus igitur vobis: qꝫ ⁊ apud Ale
xãdriã eadem qua apud nos die
paſche ſolẽnitas gerit̃. qꝫ ⁊ ipſorũ
nobis littere deferunt̃ et ipſi nr̃a
ſcripta ſuſcipiunt: vt pariter ⁊ cõ
ſonanter diẽ feſtum celebremus.
Hactenus de ſupradicta queſtio
ne ex his que ĩ veterum ſcriptis
haberi reperimus.

¶Cap.xxv. de nõnullis alijs hy=
renei libellis.

Extat autem adhuc
hyrenei preter eos
quos ſupra enume=
rauimus libellos ẽt
aliud volumẽ egre=
giũ aduerſuꝫ gẽtes
quod de diſciplina attitulauit ad
martianũ q̃dã ſcribẽs. Sꝫ ⁊ dialo
gi de diuerſis ĩ qbꝰ teſtimonia de
eplã ad hebreos ponit plurima:
⁊ de ſapiẽtia q̃ dr̃ ſalomonis. hec
ſũt q̃ ad nr̃am noticiã ẽt de hyre=
nei opuſculis peruenerunt.

¶Cap.xxvi. commodo q̃ ſtatim
imperatores ſucceſſerunt.

Commodus autem
tredecim annis ĩ=
perio gubernato p
tinaci poſt ſe regnũ
reliq̃t. Quo ſex ſo=
lis menſibꝰ retento
idem pertinax diem obijt: ⁊ ſeue=
rus poſt hunc ſuſcepit principa=
tum. Cuius tẽporibus plurimi ec
cleſiaſtici viri nobiles ⁊ ſtilo illu=
ſtres extiterunt ſicut ex eorũ mo
nimẽtis agnoſcimus.

¶Cap.xxvij. de hereſi arte
moniꝫ.

Ex quibꝰ eſt heracli=
tus qui in apoſtoluꝫ
cõmentatus eſt.
A ¶Et maximi=
nus qui de famoſiſſi
ma omniũ heretico
rum diſſeruit queſtiõe qua ſemꝑ
inquiritur vnde ſint mala vel vñ
malicia: ⁊ ꝙ materia facta ſit et
non infecta. Sed ⁊ candidus qui
exameron: id eſt de principio ge=
neſis ſcripſit appiꝰ quoqꝫ ð hiſdẽ
ſimiliter cõmẽtatur. Sextꝰ etiam
qui de reſurrecione diſſeruit ⁊ de
ceteris nõnullis. Arabianꝰ quoqꝫ
⁊ alij innumeri quos longum eſt
vl̃ enumerare: vel etiã ꝓ aliquo
illuſtri vnũ queq̃ dictorũ ſuorũ
inditio deſignare. Plurimi tamẽ
ipſorũ exortãs tẽporibꝰ ſuis here
ticorũ perfidias cõfutantes fidẽ
rectam et apoſtolicã monimẽtis
ſuorum voluminũ mandauere:
vt artemonis illius hereſeos au
ctoris quã poſtmodum Paulus
ſamotenus noſtris iam pene tem
poribus inſtaurare conatus eſt:
de qua dignum eſt q̃ vel qualis ſit
hyſtoria comprehendere.
B ¶hec hereſis purũ hominẽ

id eſt abſq; deo fuiſſe ſaluatorem cōfirmat. Idq; antiquit⁹ ab ipis etiam apl'is traditū eſſe mentiſ. Aduerſum quos vn⁹ ex his quos ſupra memorauimus eccleſiaſticus ſcriptor/ita reſpondit Aiunt inquit aliq̄d ipos etiā apl'os ita v'l ſuſcepiſſe v'l ceteris tradidiſſe ſicut nūc ipi aſſerūt. Et hāc veritatē p̄dicatiōis eē ſeruatā vſq; ad victoris tēpora. Et quā ſucceſſores eorū ſcribētes aduerſum gētiles vel aduerſum hereticos.i. Juſtin⁹ ⁊ melciades ⁊ tatianus ⁊ clemēs ⁊ alii q̄plurimi de deitate xp̄i apertiſſime diſſerūt hyrenei vero et melitonis ceterorūq; q̄ per idē tp̄s fuerūt volumina q̄s ignorat. Quibus ⁊ dūm hominē ſimul p̄dicāt xp̄m. Sed ⁊ pſalmi vel cātica q̄ a fratribus fidelib⁹ ex initio ſcripta ſunt verbū dei cē xp̄m ⁊ deū tota hymnorū ſuorū laude cōcelebrāt. Quō ergo tot ſeculis fidē p̄dicatā nūc iſti aſſerunt q̄ a victoris tēporibus exordiū ſumpſerit. Quō autem victori de calūniā faciūt q̄ ſciāt victorē theodotū coriarium qui princeps et pater extiterat impietatis iſtorū de cōmunione eccleſie repuliſſe: q̄ prim⁹ Rome auſus eſt dicere purum hominē fuiſſe xp̄m. Si enim victor dicūt ita credebat quō eiiciebat de eccleſia theodotū blaſphemie iſti⁹ inuētorē. Sed de Victore hec cōmemoraſſe ſufficiat. Cui decem annis ep̄atu functo zepherinus ſacerdotii ſucceſſor extitit: nono principatus ſeueri anno de quolibet Epherino eadem ſcriptura qua in ſuperioribus vſi ſumus talia quedam refert.

¶ Cap. xxviii. De natali: primū xp̄iane ſidei nobili ꝯfeſſore deinde heretico demon ab angelis duriter caſtigato pulchra hyſtoria.

Igitur ꝯmonebo vos fratres de his q̄ geſta ſunt apud nos: q̄ ſi forte i ſodomis accidiſſent: etiam illos emendare ⁊ corrigere potuiſſent. Cōfeſſor erat quidam apud nos Natalis nomine noſtra adhuc confeſſus memoria. hic deceptus aliquādo ab aſclepiodoto quodam et theodoto collectariis qui ambo diſcipuli erant Theodoti coriarii illius que primus p hac ſtulta aſſertione ab eccleſie ſocietate depulſus eſt/ Victore tūc vrbis rome epiſcopo acquienit vt accepto ab eis ſalario epiſcop⁹ illi⁹ hereſis nominaretur certa pactione. id eſt centū quinquaginta denariis menſtrue p̄ſtationis Quiq; natalis cum ſe in hoc deceptus locaſſet frequenter ām onebat' in ſomniis a dn̄o. q: miſericors deus ⁊ dn̄s noſter ieſus xp̄s nolebat martyrē ſuū q̄ ſibi i multis paſſionibus extiterat de eccleſia perdere. Sed cum negligentius ſuſciperet ⁊ viſiones primat⁹ amore et turpis lucri deuictus illecebra ad vltimum a ſāctis angelis per totā noctem verberat⁹ ⁊ penis grauib⁹ excruciatus mane conſurgens cilicio ſe induit ⁊ cinere ſe cōſpergit ac multis lachrymis errorem ſuum deflens ante pedes ſe zepherini epiſcopi proſternit ⁊ veſtigiis olim non tātūmodo clericorū: ſed etiam laicorum multa cum lamentatione ꝓuolutus i lachrymas ⁊ miſerationes omnē ꝓuocauit eccl'iam vt indulgentiam ſibi a chriſto cōtinuis et iugibus pro ipo precib⁹ implorarent: oſtēdentes ſimul i conſpectu domini liuores corpo-

ris ⁊ cicatrices quas ꝓ nominis
ipſius confeſſione ſuſceperat. Et
vix aliquãdo in cõmunionẽ eccle
ſiaſtici corporis reuocatus eſt.
B ¶Sed ⁊ poſt aliquãta idem
ſcriptor adiungit hec etiã. Scri-
pturas autem diuinas abſq; vlla
timoris dei reuerentia corrupe-
runt. Antique vero fidei regulã
ꝓpteruẽ ⁊ impie reſpuũt ignorã-
tes xp̃m. Quẽ idcirco nõ inuene
runt q2 nõ recte quẽſierũt: ⁊ intã
tum ſtulticie impietatiſq; ꝓlapſi
ſunt: vt ſi quis eis ſermonẽ deſcri
pturis ꝓpoſuerit: illi econtrario
ꝓponãt vtrum hic ſermo de quo
agitur cõiunctum aut ſeparatũ
genus ſyllogiſmi faciat ⁊ derelin
quentes ſanctas dei ſcripturas
geometriã tractant tanq̃ꝫ q̃ vere
de terra ſint de terra loquũtur.
Et ideo eũ qui de ſurſum eſt ⁊ de
celis venit ignorant. Deniq; eu-
clides apud eos vel maxime ĩ ge
ometrie diſciplinis viget. Sed ⁊
Ariſtoteles ⁊ Theofraſt⁹ ab his
in ammiratione habẽtur. Galie
nus vero a nõnullis eorũ adorat
etiã. Quorũ artibus ⁊ doctrinis
hereſeos ſue impietatem nitunt
aſſerere ⁊ deceptionibus homi-
num ignorantiã deũ ſimplicitatẽ
diuinarũ ſcripturarũ ſinceritatẽ
fidei ſubruunt. Sed hoc faciũt q2
nec vicini effecti ſunt dei. Propte
rea ⁊ diuinas ſcripturas abſq; vl
lo timore contẽnerẽt: ⁊ corrũpen
tes eas emẽdare ſe dicũt. Uerũ
ne qui me putent falſa aduerſum
eos ꝓferre palã eſt omnibus no-
ſcere: ſi quis vult exẽplaria eorũ
accipere ⁊ cum aliis nichilominꝰ
eorum exemplariis cõferre inue
niet etiam inter ſe ipſa multum
diſſonare: q2 vnuſquiſq; vt ſibi vi
det emẽdat. Deniq; aſclepiodoti
nõ cõueniunt omnino cũ theod
tis. Tum deinde etiam diſcipul
ipſorum ſi qui forte tranſcripſe
quod eis viſum ẽ vl' addere licu
vel auferre ⁊ omnibus preferr
habere ſe emendata magis aut
inquinata exemplaria. Rurſum
hermofili exẽplaria nõ cõſonan
cum apollonidis. Sed ne ipa
dem ſibi ipſis concordant ſi prio
ra cum poſterioribus conferas.
Semper enim emendant: quibus
ſemper diſplicet quod emendãt:
⁊ noua queq; perquirunt cũ eis
que in vſu ſunt videbuntur ad-
uerſa. Quid autẽ temeritatis ha
beat iſtud admiſſũ neq; ipſos ar
bitror ignorare. aut enĩ non cre-
dũt diuino ſpiritu ſcripturas eſſe
cõſcriptas ⁊ ſunt infideles aut ſe
metipſos arbitrant ſapientiores
eſſe ſpiritu ſancto. Et qđ aliud in
dicat ꝓ hoc niſi q̃ a demone agũ
tur: neq; enĩ negare poſſunt fa-
ctum ſuũ quando quidem etiam
manus eorũ in ipſis exemplari
bus teneant et nouerint ipſi q̃ a
magiſtris ſuis ⁊ doctoribus ſcrip
turarum ſecundũ iſtud corrupte
le genus etiam explanationis ſu
ſceperint intellectum. Quidã au
tem ex ipſis nec corrumpere iam
ſcripturas dignati ſũt: ſed penitꝰ
abnegare legem ſcꝫ ⁊ ꝓphetas:
et obtẽtu impie huiꝰ aſſertionis
in vltimum perditionis gurgitẽ
deuoluti ſunt. De quibus hec ſuf
ficiant hyſtoriis eſſe mandata.

¶Explicit liber quintus.

¶Incipit liber ſextus.

¶Capit. primũ

de martyrio leonidis patris ori-
genis deq; ipſo origene et eius p̃
claris geſtis.

AT cū ſeuerus quo=
qꝫ perſecutiões agi
taret eccleſijs ꝑcla
ra militibus xp̄i ꝓ
pietate certamina
martyrij gereban=
tur: precipue tamen apud alexā=
driam: quo ex omni egypto' ac
Thebaide/velut in quodam ſta=
diū pietatis athlete deducebāt.

A ¶ Qui pro ſuppliciorum mor
tiſqꝫ patientia: conſequebantur
a deo immortalitatis coronas.
In quibus ⁊ leonides origenes
pater pro martyrio chriſti capite
plexus/tene adhuc etatis ſupra=
dictum puerū dereliquit. Quiqꝫ
qualibus animis ex eo erga diui
ne legis ſtudia viguerit. non erit
importunum paucis exponere.
Precipue quia ⁊ apd̄ ꝗplurimos
opinio de eo celeberrima peruul
gata eſt. Et ſiquidem velit quis
omnem vitā viri huius literarū
tradere monumētis: certū eſt qꝛ
tāta ſunt de eo ac talia/que pro
priū de eo ⁊ opus requirāt ⁊ otiū.
Nos tñ in p̄nti quanta poſſumus
breuitate inſeremꝰ huic opi etiā
que ad ip̄m ſpectāt pauca de mul
tis. Que vel ipſius epiſtolis ad
nos vſqꝫ ſeruatis vl' ex alioꝝ hy=
ſtorijs indicatā cognouimꝰ. Cuiꝰ
geſta ſi res pateretur: etiā ex ip
ſis cunabulis digna michi viden
tur poſteritatis memoria.

¶ Decimum namqꝫ inperij age
bat ſeuerus annum. Alexandri
vero per idē tēpus omniqꝫ egy=
pto p̄ſidebat letus epiſcopatū in
ea poſt iulianum demetrius ſu=
ſceperat. Cū ſupra modū accer
ſo perſecutionis incēdio: et mul=
tis ea tempeſtate martyrio co=
ronatis: ī tātū ardorē capeſcēdi
martyrij puerulꝰ tūc adhuc orige
nes exarſerat: vt ſpōte ſe pericu=
lis ingereret: ⁊ alijs in certamie
poſitis p̄ceps in medios rueret:
ita vt inſectari ip̄am mortē ⁊ ra
pere velle videret. Quā ⁊ adipi=
ſci oīmodis potuiſſet. niſi ꝙ diſpē
ſatiōe dn̄i ad vtilitatē multorū pu
tat ꝓ totiꝰ eccl'ie edificatiōe ſer=
uatꝰ. ꝑ ſollicitudinē mr̄is que glo
rioſe mortis eius deſideria impe
diuit. Que cū p̄mo maternis ob
ſecratiōibꝰ ſupplicaret vt ſibi cō
ſuleret vt pceret mr̄i: ⁊ ille ex his
p̄cibꝰ inflāmatior ad amorē mar
tyrij redderet/maxie ex eo ꝙ pa
trē iam teneri cognouiſſet in vin
culis: ⁊ ip̄e ꝓpere ſotiꝰ effici vīcu
lorū eiꝰ ac martyrij feſtiaret: ar=
te q̄dā mr̄ni affectꝰ īhibet. Etem
B ¶ De noui aūt teſtamēti canone in primo libro cōmētariorū euāgelij ſcdz̄ matheū. hoc mō ſcribit. Ex traditiōe inquit didici de quattuor euangelijs: qr hec ſola abſqꝫ vlla ꝯtraditiōe ſuſcipi dn̄t in omnibus q̄ ſub celo ſunt eccleſijs dei. Ita etenim tradiderunt patres: qr primo omniū ſcriptum ſit euāgeliū a mattheo: q̄ aliquādo fuerat publicanus hebraicis litteris: ⁊ traditum ijs qui ex circuncisione crediderant: ſcdm̄ vero ſcriptū eſſe a marco iuxta ea que ſibi tradiderat Petrus. De quo ⁊ in epiſtola ſua cōmemorat dicens: ſalutat nos filiꝰ meꝰ marcus. Tertiū eſſe ſcdz̄ lucā qd̄ paulus apoſtolus collaudat: tanquā ijs qui ex gentibꝰ crediderāt ſcriptū. Super omnia vero eſſe euāgeliū Johannis. De apoſtolicis quoqꝫ litteris ita dicit. Is vero q̄ idoneus factus eſt miniſter noui teſtamenti non littera ſed ſpiritu Paulū dico: qui repleuit euangelium ab hieruſalē in circuitu vſqꝫ ad illiricū: nec ad oēs eccl'ias q̄s docuerat ſcripſit: ſed quattuordecim ſolas epiſtolas ⁊ in ipſis plures breuiſſimas ſcripſit. Quāuis ⁊ nonnulli de ea que ad hebreos ſcripta eſt dubitauerint ꝓ eo ꝙ non videatur in ea ſeruari eius illa ſententia quā de ſeipſe ꝓnunciat dicēs: ſe imperitū eſſe ſermone. Sed ego dico ſicut mihi a maioribus traditum eſt: qr manifeſtiſſime Pauli eſt. ⁊ ſemper oēs antiq̄ maiores nr̄i ita eā vt pauli ep'laz ſuſceperūt. Si vero req̄ras a me ꝑ quē ſit eiꝰ ſermo ꝯpoſitꝰ: ꝓ certo q̄d ē deꝰ videt. Opinio tn̄ q̄ ad nos vſqꝫ peruenit hmōi eſt. A q̄buſdā dicebat̄. ꝙ clemēs apoſtolorū diſcipulꝰ ⁊ ep̄s vrbis rome greco eā ſermone nō tamē ſenſibus expoliuerit. Alij vero ꝙ Lucas q̄ euāgeliū ſcripſit ⁊ actꝰ apoſtoloꝝ. Petrus vero ſuꝑ quez xp̄i fundat̄ eccl'ia/ duas tm̄modo epiſtolas ſcripſit. E quibꝰ a nōnullis et de ſecūda dubitat̄. Johannes quoqꝫ q̄ ſupra pectꝰ domini recubuit: poſt euāgeliū ſcribit ⁊ apocalipſim in qua tn̄ reticere iuſſus eſt q̄d vij tonitruoꝝ locute ſūt voces. Scripſit autē ⁊ tres epiſtolas: ī q̄bꝰ due ꝑ breues. De q̄bꝰ ⁊ apud queſdaz dubia ſentētia ē. De his quidem talia.

¶ Cap. xviij de Eracla ⁊ nōnullis alijs ep̄is qui ſummo origenis amore tenebantur.

PReterea decimus erat annꝰ ſupradicti pn̄cipis Romanorum. in quo origenes et alexādrie profugus ceſaream venerat: Eracle vni ex diſcipulis probatiſſimo de q̄ ſuperiꝰ dixi. Catheceſeos auditoriū derelinquēs Nō multo autem poſt: et Demetriꝰ epiſcopus defunctus eſt. quadraginta tribus annis epiſcopatu illius eccl'eſie miniſtrato. Cui ſuccedit ſupradictꝰ Eraclas. Per idē tēpꝰ erat in ep̄is magnificus

Firmiliano Capadocum gentis
vrbis Ceſaree. Hic tñ veneratio
nis erga origenē ſciētie ꝛ doctrie
grã habebat. vt ideſinēter eū cō
ſtringeret ſecū morari. Sʒ ꝛ ipe
derelicta ecclña ad ipʒ ꝓperabat
ꝛ vtebat̃ religioſa qdã viciſſitu=
dine: dū ipe mō ad inſtructionē ſue
eccleſie illo euocaret: mō ipe ſui
ꝓfect⁹ grã ad ipm̄ pergeret: ꝛ do
cēti ei dieb⁹ ac noctib⁹ aſſideret.
Sed ꝛ alexāder quē hieroſolymo
rum eccleſie ꝑeſſe ſupra docuim⁹:
ꝛ Theotiſt⁹ q̄ apud Ceſaream gu
bernabat eccleſiā omne pene vi
te ſue tp̄s ad audiēdum eū man
cipabant: atq3 ipſi ſoli in diuinis
ſcripturis ꝛ eccleſiaſtica doctrīa
ſummā magiſterij cōcedebant.

¶Cap. xix. de maximino impe=
ratore ꝛ eius in chriſtianos per=
ſecutione.

Alexādro ꝓo impe=
ratore poſt. xiij. an
nos principatus ſui
defūcto maximin⁹
ceſar ſuccedit. Qui
ꝓ odio ferē aduer
ſum deceſſoris ſui alexādri domū
ꝑſecutiōes ꝯmouit eccleſiis ita tñ
vt eos tm̄mō q̄ pp̄lis ꝑerāt ꝛ do=
ctrine punire iuberet: velut q̄ cau
ſam ceteris huiuſcemodi ꝑſuaſio
nis ꝓberēt. Tūc origenes librum
de martyrio ad Ambroſiū ſcribit
Qui cū ad plurimos conueniſſet
tāq3 neruis quibuſdā validiſſimis
ſtabiliti ſponte ſe ad cōfeſſionem
xp̄i nois offerebāt. Ex quo ꝛ ma
ximin⁹ nūer⁹ extitit ꝯfeſſorum trib⁹
annis a maximiano perſecutiōe
ꝯmota: in qbus finē ꝛ ꝑſecutionis
fecit ꝛ vite. Poſt quē gordianus
imperiū ſuſcepit. Pontiano vero
ſex annis epiſcopatu vrbis rome
functo: ſuccedit Antherus. Qui
cū mēſe vnū nō ampli⁹ miniſtraſ=
ſet. Fabiano ſacerdotiū dereliqt.

¶Cap. xx. de mirabili aſſumpti
one fabiani ad epiſcopatum.

Cradūt autem fabia
num Anthero defū
cto cum de agro re
uerteretur vna cū
amicis ſuis: ꝛ vniuer
ſus ecclie popul⁹ ꝓ
epiſcopo deligendo in vnū coiſſet
atq3 alius de alio vt fieri ſolet in
talibus conclamaret: nec tamen
vulgi ſentētia certi aliquid obti
neret: aſtitiſſe etiam ipm̄ inter ce
teros ſcire cupientem qui rei exi
tus foret. Et ſubito per dei pro
uidētiā columbā celitus lapſam
figuram ferentem illius q̄ i ſan=
cti ſpirit⁹ imagine ſuper Jeſum
deſcenderat apud iordanē ſuper
caput aſtitiſſe / Fabiani. Ad qd
ſpectaculum ora cunctorum ocu
loſq3 cōuerſos: ꝛ omnes velut vno
ſpiritu cōmotos hunc eſſe epiſco=
patu dignum per dei iudiciū de=
creuiſſe: eumq3 cōtinuo cathedre
impoſitū et legitimo ſacerdotio
ꝯfirmatū. Quod alij ſuper huius
alij ſuper zepherini nomine geſtū
tradūt. Tūc etiā apud antiochiā
ep̄o zebēno defuncto babilas ec
cleſie ſuſcepit principatum.

¶Capitulum. xxi. de nonnullis
origenis diſcipulis.

Apud Alexandriam
vero cum eraclas
demetrio ſucceſſiſ=
ſet: auditorum Ca
thecheſeos quod ab
Origene ſuſceptum
tenuerat / Dionyſio tradidit: eo
q ꝛ ipe vnus ex diſcipulis eſſet
origenis. Ipe autem cum apud
Ceſaream moraretur innumeri

ad eum non ſolum regionis ipſi⁹ viri: ſed ex puĩciis procul poſitis cõcurrebãt ⁊ derelicta patria ac parẽtibus. ſequebant̃ eum viam dei docentẽ. In quibus fuit ⁊ vir famoſiſſimus theodor⁹: ipſe q̃ non lõge a nr̃a memoria nobiliſſim⁹ i ep̃is apud pontum gregori⁹ nominat̃: fide ⁊ virtutibus atq; ſciẽtia p oĩa apoſtolic⁹. ſi ⁊ ei⁹ frater antenodor⁹: quos origenes adoleſcẽtulos de auditorio rhetoris retractos: ſtudia cõmuniũ litterarũ i diuinã ſuaſit philoſophiã cõmutare. Quiq; apud eũ p quinquẽniũ tp̃s verbo dei operam dantes/ in tãtum pfectũ diuine eruditionis atq; ſciẽtie peruenerunt: tantũq; vite merito & morũ cultu enituerũt: vt ab ipſis ſcholis ei⁹ immatura adhuc etate ad ep̃atus ponti prouincie ſacerdotium vterq; raperetur.

¶Ca. xxv. de africano ⁊ opuſculis ei⁹ ſimul ⁊ ſcriptis origenis.

PEr idẽ tempus erat etiã africanus vir iter ſcriptores eccleſiaſticos nobilis huius ep̃la fertur ad origenẽ ſcripta/ obiciẽtis ei ⁊ pponentis/ q; hyſtoria Suſãne q̃ in daniele eſt: ficta videatur: ⁊ aliena a ſcriptura pphetica. cui origenes magnificẽtiſſime reſcribẽs aſſerit nequaq̃ iudeorũ cõmẽtis ⁊ fraudib⁹ auſcultãdũ. ſi hoc ſolũ pvero habẽdũ i ſcripturis diuinis: qd. lxx. interp̃tes trãſtuliſſent qm id eſſet ſolũ qd auctoritate ap̃lica cõfirmatũ ſit. Venerũt ad nos etiã alia ſupradicti ſcriptoris africani opuſcula: ⁊ maxime chronica valde diligẽter ſtudioſeq; cõpoſita. In qb⁹ cõmemorat ſe alexãdriã pperare. heracle opiniõe celeberrima puocatũ quẽ ⁊ in diuinis ⁊ i phicis ſtudiis atq; oĩ grecorũ doctrina iſtructiſſimũ fama loqueret̃. Queq; inibi ep̃at⁹ officiũ ſuſcepiſſe ſuperi⁹ memorauim⁹. Idẽ q̃q; african⁹ ſcribit ad ariſtidẽ quedã: de ea q̃ vr euãgeliorũ diſſonãtia: ⁊ cur matthei ⁊ luce i gñatione xp̃i feratur diuerſa ſcriptio. Ubi oſtẽdit euidẽtiſſimã vtriuſq; cõſonantiã ſicut iam in primo libro huius operis edocuim⁹. Per idẽ tp̃s origenes triginta cõmẽta riorũ libris i pte quãdã Eſaye prophete editis in Ezechielẽ. xxv. Athenas pficiſcens: cõſummare ſe memorat vbi ⁊ q̃nq; libros primos i cãtica cãticorũ ſcribit. Alios autẽ q̃nq; regreſſus ad ceſareã cõſummauit. Sed nũc nõ op⁹ eſt opuſcula eius enũerare: q̃ pene inũerabilia ſũt: cũ id i eo ope fecerim⁹: vbi beati pãphili vitã deſcripſiſſim⁹: referẽtes q̃ta ab eo antiquorũ ſcriptorũ volumina ⁊ pcipue Origenis bibliotheca ceſarienſi quã ipe pcipue ⁊ nobili ſtudio cõpoſuit cõſecrata ſũt. Si qs ergo noſſe vult: q̃ta origenis volumina i man⁹ noſtras venerint: inde ſumat indiculũ. Nũc autẽ ad hyſtorie nobis ordinem properãdum eſt.

¶Cap. xxvi. de berillo heretico quẽ ad vitam veritatis redire pſuaſit origenes.

BErillus de quo pauloante memorauimus: Boſtrene vrbis Arabie ep̃s eccleſiaſticã docendi regulã violar̃ cognat⁹ peregrina qdã ⁊ aliena veritate docer̃ cepit: aſſerẽs dñs ⁊ ſaluato

rem noſtrū: neq; extitiſſe añ carnis natiuitatē: neq; ꝓpriā deitatis habere ſubſiſtētiā ſed hoc ſolū: ꝙ paterna deitas in eo habitaret. Pro quo q̄ꝑplurimi epi congregati diſceptatiões cū eo nō minimas habuere. Sȝ inter ceteros origenes manope exortatꝰ eſt venire ī cōflictū viri. Iſq; primo ſenſim cū eo diſputās: q̄ ſentiret diligentiꝰ ꝑſcrutatꝰ. Quo cōperto: cōtinuo q̄d abſurdi ineſſet huiuſcemodi ſenſibꝰ ⁊ q̄d impietatis talia aſſerentē conſequeretꝰ oſtēdens. Abijcere ac reſpuere male cōceptū ſuaſit errorē: ⁊ redire ad fidē verā ſanāq; doctrinā. Q̄ḋq; pene ī cauſis talibꝰ inauditū eſt. ita errorē ab eccl'ia depulit: vt ⁊ emēdaret nō ꝑderet erroris auctorē. Deniq; fertꝰ etiā nūc deſcripta ipſa diſputatio origenis ⁊ berilli: q̄ ꝑ ſemetipſū ꝑclari opis eiꝰ īditio eſt. Sȝ ⁊ multa alia eiꝰ ſimilia ad nos geſta dictaq; ſatis clara ⁊ magnifica ꝑuenerūt: q̄ nos vel l'ris ipſius vel maiorū relatiōe ꝯpta nūc interim ꝓ hyſtorie breuitate preterimꝰ Que tamē agnoſci ꝑ̄t ex ea que ſcripta eſt a ſancto pamphilo martyre apologia ꝓ ipſo vna mecū: quā ob cohibēdos q̄ruloa inuicē nos iuuantes cōi ſtudio ac labore conſcripſimus.

❡ Cap. xxiiij. de philippo īꝑatorꝰ ⁊ eiꝰ mira hūilitate ⁊ obediētia.

AT gordianꝰ cū ꝑ ſeptem annos Romanū gubernaſſet imperiū: philippꝰ vna cū philippo filio ſuccedit. De hoc traditum nobis eſt ꝙ xp̄ianꝰ fuerit: ⁊ ī die paſche .i. ī ipſis vigilijs cum intereſſe voluiſſet ⁊ cōicare miniſterijs: ⁊ ab ep̄o loci nō primꝰ eſſe permiſſus: niſi ꝯfiteretꝰ pctā ſua: ⁊ intra penitentes ſtaret. Hec vllo modo copiā ſibi miſteriorū futurā: niſi priꝰ per penitētiā culpas quo de eo ferebantꝰ plurime diluiſſet. Fertur igitur libēter eū q̄d a ſacerdote imperatū fuerat ſuſcepiſſe diuinū ſibi ineſſe metū et fidē religionis pleniſſimam rebꝰ atq; operibus comprobans.

❡ Cap. xxv. de origenis opuſculis: q̄ non niſi in magna ſenectute tranſcribi permiſit.

HUius tertio imperij anno: eraclas apud alexandriam ſexto anno ep̄atus ſui diē obijt. locumq; ſacerdotij Dionyſiꝰ ſuſcepit. Quo tp̄e ſexageſimū agēs etatis annū: poſtea q̄ ⁊ vſu ⁊ ꝑiculis ⁊ laboribꝰ. plurimū fiducie ī verbo dei accepat: ꝑmiſiſſe fertꝰ ea q̄ ex tp̄e in eccl'iis diſſerebat annotarijs excipi: nec ante vſq; dediſſe hanc copiā: niſi cū id ſibi ⁊ vite grauitas/ ⁊ etatis maturitas/ et multe exꝑientie cōceſſit auctoritas. Tūc aduerſuȝ quēdā celſum epicurorū philoſophū q̄ cōtra nos libros cōſcripſerat. viij. voluminibus rn̄dit. Tunc ⁊ in euangelium ſcd'ȝ mattheū libros. xxv. ꝯmētariorū edidit. Et in duodecim ꝓphetas q̄ꝑplurima ꝯmentatꝰ eſt. Ex q̄bus ad nos vſq; ad. xx. tantū. ⁊ v. volumina ꝑuenerūt. Sūt eius ⁊ ad impatorē philiphū ep'le: et ad vxorē eius ſeuerā/ abſq; vllo adulationis fuco ſcripte Scribit ⁊ ad fabianū vrbis rome ep̄m: ⁊ ad alios q̄ꝑplurimos eccl'iarū p̄ncipes de catholica fide ſua. De q̄ euidētiꝰ ī ſexto apologie nr̄e ꝓ ipſo volumie ꝯꝑ̄hēdimꝰ. Sūt alie eiꝰ ep'le ad diuerſos ſcripta quarum

rũ nos interĩ cẽtũ nũero inuenire potuimus atq; in libros digeſtas memorie tradere.

¶ Cap̃.xxvj. q̃ origenes aliquos hereticantes ſua diſputatiõe ad rectam fidem reuocauit.

EAt tẽpeſtate in Arabie partibus extitẽrunt quidam aſſertores dogmatũ peruerſorũ: dicẽtes animas hominum per mortem cum corporibus interire pariter ꝛ corũpi. Rurſum in tẽpore reſurrectionis denuo ſuſcitari cum corporibus. Ad quem morbum ab eccleſia depellendũ: cum ingens ep̃orum conciliũ conueniſſet iterũ; origenes rogatur ab omnibus intereſſe: ꝛ facere ſermonem. Cũq; corã omniũ ſacerdotum concilio diſputaret: tam magnifica fuit eius oratio: vt omnes eos quos noui dogmatis error inuoluerat ad fidem rectam ꝛ ſenſum catholicum reuocaret.

¶ Cap̃.xxvij. q̃ Origenes hereſi helcheſaitarum vt primum cepit oriri reſtinxit.

Extitit etiã alia hereſis per illud tempus que dicitur helcheſaitaꝝ. Quẽ ille ſtatim vt viſa eſt apparuiſſe reſtinxit. Facit autẽ eius mẽtionẽ: cum de octogeſimo ꝛ ſecundo pſalmo in eccleſia diſputaret hoc mõ dicẽs Uenit quidã in his dieb9. qui ſibi magnũ aliq̃d ꝛ ſupra ceteros ſapere videret̃. aſſerere volẽs q̃dã ĩpia ꝛ abſurda. defendẽs hereſim quẽdã elcheſaitarũ q̃ nup exorta eſt. ꝛ tñ q̃ ſint q̃ ip̃a hereſis aſſerat iudicabo vobis: ne cui forte vr̃m ſubripiat̃ ignaro. iſti ergo q̃dã de ſcripturis ſctis refutãt. et rurſuȝ vtunt̃ teſtionijs de nouo ꝛ veteri teſtamẽto q̃b9 volũt. Ap̃l'ȝ tñ paulũ ex integro reſpuũt ꝛ aſſerũt q̃ in pſecutiõib9 ſi q̃s negauerit nichil criminis hẽat: p eo q̃ is q̃ ſ̃ xpus eſt in corde ſuo. et ſi ore negauerit p neceſſitate: corde tñ in fide pmanet. Hec aſſerunt ꝛ librũ quedã circũferũt: quẽ dicunt de celo lapſum. Cui9 verba ſi q̃s audierit. remiſſionẽ accipiat peccatoꝝ aliam p̃ter illã quã xp̃us dedit.

¶ Ca.xxviij. de exordio pſecutiõis decij ĩparatoris ſub q̃ ĩdicibilia tormẽta p xp̃i fide origẽes ptulit.

INterea philippo ſeptẽ annis pricipatu adm̃i ſtrato: decius ſuccedit. Qui q̃ infeſt9 eſſet philippo pſecutionẽ ecclyis ſuſcitat. Jn q̃ fabian9 ĩ vrbe roma martyrio corõatus ſedẽ ſui ep̃atus cornelio dereliq̃t. Jn hieroſolymis ſc̃o alexãder ep̃s rurſuȝ p cõfeſſione xp̃i iudici ſiſtit̃ et vinclis carceris tradit q̃q; cũ lõgeue etatis verãda caniĉie p̃ful geret poſteaq; freq̃nter paſſionib9 ſuis ꝛ cruciatib9 gl'ificauerat dñs. dũ de vinculis ad tribunal ꝛ a tribunalib9 reuocat̃ aduincula inter ip̃a viciſſim ſibi ſuccedẽtia tormẽta defecit. Huic in ſacerdotio marabanes ſuccedit. Apud anthiochiã vero ſimilã p oĩa babilas alexãdro poſt ꝯfeſſionẽ glorioſe vite finẽ ſortit̃ in vinculis. Poſt quẽ fabian9 ep̃atus officiuȝ ſuſcepit: ſed ĩ hac pſecutiõe quãta aduerſuȝ origenẽ geſta ſint: q̃buſq; ꝯtra eũ peſſim9 demõ artib9 cũ vniuerſo exercitu ſuo ꝛ quãta ꝯtẽtiõe pugnarit: vtq; ſup oẽs ceteros q̃ p illo tp̃s p xp̃i noĩe tenebant̃ nouas cruces noua penarũ genera ac ſeculis oĩbus inau-

dita tormenta ꝑtulerit vtq; ꝓ eo ꝙ in doctrina fidei ⁊ veritatis ⁊ opinatiſſimꝰ habebatᷣ oĩa aduerſus eũ demonici furoris arma cõmota ſint ⁊ ignibꝰ intẽtataꝫ. Ita caute mille mortibꝰ vexatꝰ ſit nec tñ vna ei quã optabat accideret ꝙ eritus eũ ſuſcepit ꝑſecutore ſũmo ſtudio id gerente vt nec interitus ꝓſtaretᷣ nec pena ceſſaret et quales poſt modũ de his ipĩs epiſtolas ſcripſerit quas oĩ miſeratiõe ⁊ lachrymis plẽa ex ipĩs maniſeſtius ꝗ̃ ſcripta ſũt integrã ꝗ agnoſcere hoꝝ noticiã ſumet.

¶ Cap̃.xix. de Dionyſio Alexandrino. ⁊ ꝙ̃ liberum incertãtibꝰ ſe reſponderit verbum.

DIonyſius vero Alexandrinus epĩs ꝑ illud tẽpus ſicut ex ipſiꝰ epĩs veriſſime cõperimꝰ in multis ſepe cõfeſſionibꝰ ſatis clarꝰ efficitur: ⁊ ꝓ paſſionũ tormẽtorumq; diuerſitate magnificus. Deniq; refertur inſectãtibꝰ ſe quibuſdam reſpõdiſſe. Qui inſectando laboratis. Caput meum pro quo magnope fatigamini auulſum ceruicibꝰ ſumite ⁊ donũ magnum ad tyrannum referte.

¶ Caplm.xxx. de nimia feritate qua ſub decio in nr̃os ſeuitum eſt/ ac ſtrẽnuis xp̃ianoꝝ agonibꝰ. A.

SEd ⁊ idem ipẽ ad Fabianũ Antiocenum epĩm ſcribẽs de his q̃ ſub decio apud Alexãdriã agones martirũ ꝯſudauerãt hoc modo refert. Non ex ꝑcepto inquit imꝑatoris apd̃ nos ꝑſecutio ſumpſit exordiũ. ſed anno integro ꝑncipalia ꝑuenit edicta miniſter demonuꝫ ꝗdicebatᷣ in ciuitate nr̃a diuinus ſuperſtitioſum cõtra nos exagitans vulgus: a quo multitudo ſuccenſa nihil aliud ꝙ̃ pioꝝ ſanguinẽ ſitiebãt. Prio ergo religioſum quendã ſenem metranũ noĩe corripiẽtes iubẽt impia verba ꝓferre. Qđ ille cum facere recuſaret oĩe corpus eius mẽbra ſtim fuſtibus colliſerunt. Vultũq; et oculos acutis calamis terebrãtes extra vrbem eum cruciatibus eiecerunt. Ibiq; quod in eo ſupererat ſpiritus lapidibus expulerunt. Poſt hec mulierem quandam nobilẽ Corinthã nomine ad ydola ꝑducentes adorare cogebant. Recuſantẽ immo potiꝰ exercrantẽ vincula pedibus innectentes et ꝑ plateas totiꝰ ciuitatis trahentes fedo horrendoq; ſupplicũ genere diſcerpũt. Dehinc omnes ſimul irruerunt per domos ſeruorũ dei diripiẽtes ⁊ euertẽtes atq; hoſtili crudelitate cuncta fedantes. ita vt precioſioribꝰ quibuſq; direptis ſi qua illic viliora repererant in vnum cõgregata igni in plateis cremarẽt. Noſtri tamen direptionem hanc bonorum ſuorũ ſicut apoſtolis de illis dixit antiquis cum gaudio ſuſceperunt. Sed ⁊ admirandam virginẽ longeue etatis Apolloniã noĩe cum corripuiſſent dentes ei primo omnes effoderunt: congeſtis deinde lignis extruxerunt rogum cõminantes viuã ſe eã incenſuros niſi cũ ipſis pariter ĩpia verba ꝓferret. At illa vt rogũ vidit accẽſuꝫ paululũ ꝗd in ſemetipã molitᷣ. Repẽte vero ſe emanibꝰ erupit ĩpiorũ atq; ignẽ quẽ minabantᷣ ſpõte ꝓſiluit ita vt ꝑterrerentᷣ etiã ipĩ crudelitatiꝫ auctores q̃ prõptior inuẽta ẽ ad mortẽ feĩa ꝙ̃ ꝑſecutor ad penã ſerapionẽ ꝗq; domui ſue

reptũ crudeliſſimis affacere ſup=
pliciis: ita vt oẽs ei iuncturas mẽ
brorum prius ſoluentes de ſupe=
rioribus eum precipitarent.
B ¶ Nullum noſtris iter erat
per vicū nullius platee tranſitꝰ
indulgebat. Neqꝫ die neqꝫ nocte
ꝓcedẽdi vſqꝫ libera erat facultas
Ut eñ quis noſtrorũ apparuiſſet
in publico ſtatim clamor vulgi et
ſeditio naſcebatur / vt vel pedibꝰ
traheretꝗ viſus eſſet vel igni ſuc
cenderetur. Uerū cũ hec mala ꝑ
dies ſingulos augerentur / ſubito
inter ipos ꝑſecutores rabies que
dam belli ciuilis exarſit. Et dum
inter ſeditiõibꝰ prelijſqꝫ decertãt
interim nobis paululũ licuit reſpi
rare. Sed nõ in longũ venia fuit.
Continuo nãqꝫ crudeliſſima prin
cipiũ mittunt edicta. Quibꝰ tãta
aduerſum nos ferebatur imani=
tas vt ſecundũ ꝙ ꝑdictũ eſt a dño
ſi fieri poſſet ſcãdalizarẽtur etiā
electi. Ex quo ꝑterritis pene om
nibus quidã ex ipſis nobilibꝰ ſta
tim ſe ſpõte impijs actibus ingeſ
ſerunt. Alij conuenti tantũmodo
nõnulli a domeſticis ꝓditi ad ſa=
crificia execrãda ꝛ ad immũdas
hoſtias ꝓperabãt. Aliqui ex his
pallentes et trementes vt magis
imolari ipſi quã imolare ydolis
viderentur. Ita vt etiã ab inſpe
ctãti vulgo riderentur eo ꝙ ꝛ ad
moriendũ ꝛ ad ſacrificãdũ iuxta
meticuloſi videbantur. Alij ſane
tã impudenter ad aras ꝓſiliebãt
vt et affirmare niterent ſe nunqꝫ
xpianos fuiſſe. Hij errãt de qbꝰ ꝑ=
dixerat dñs. Q̃ pecunias habẽ=
tes difficille ſaluabunt. Ceteri ve
ro aut iſtos ſeqbantur in precepᵴ
aũt certe vertebant in fugã. Ex
quibus nõnulli comprehenſi et in
carcerẽ miſſi / alij ad primam ſta=
tim iudicis faciem negauerũt fi=
dem. Aliquanti paululum ſuppli
cijs tolleratis ad vltimum deci=
derunt.
C ¶ Hi vero qui beati effecti
ſunt tanqꝫ colũne fortiſſime dñi ip
ſius ſpiritu ꝯfirmati pro fidei ſue
merito virtute a dño ꝑcepta ad=
mirãda deo ꝛ angelis martirij ſui
ſpectacula prebuerũt. Quorũ pri
mus venerabilis iulianus poda=
gra contractus: ita vt neqꝫ ince=
dere / neqꝫ ſtare poſſet cū his qui
eum in ſellula portabãt offertur.
Quorũ vnꝰ quidẽ ſtatim negauit
Alius vero nomine Eunus cũ Iu
liano ſene in domini noſtri Ieſu
Chriſti confeſſione ꝑdurat. Qui=
qꝫ iubentur camelis impoſiti per
omnẽ circũduci ciuitatem: ꝛ fla=
gris hinc inde verberãtibꝰ popu=
lo ſpectante laniari vſqꝫ quo finẽ
vite in ipſis verberibus ponerẽt.
Sed vir quidam militaris cũ aſſi
ſteret ꝛ quoſdã volentes etiã mor
tuis illudere cadaueribus prohi
beret clamor repente aduerſum
eum totiꝰ vulgi extollitur. Offer=
tur iudici fortiſſimꝰ miles iam do
mini et nuſqꝫ ſe inferior factus in
confeſſione perſiſtẽs capite pro=
prietate dãnatur. Alius quidam
vir nominis ſui macharius gẽte.
Libicus cum multis verbis a iu=
dice ad negandū ſuaderetur et
eo maiore conſtantia fidem ſuā
profiteretur viuus ad vltimũ iu=
betur exuri. Epymachus quoqꝫ
atqꝫ alexander cum multo tem=
pore ꝛ in vinculis et in cruciatibꝰ
carceris torti etiam frequẽter et
diuerſis ſupplicijs confecti perdu
raſſent in fide ignibus ad poſtre=
mũ conſumi iubentur. Sed ꝛ mu
lieres cum ipſis quattuor in qui=
bus. Ammonaria ſancta virgo

aduerſum quam ſumma conten=
tione iudice perſiſtēte et immēſis
eaꝫ atqꝫ exquiſitis cruciatibꝰ af
fligēte eo maxime ꝙ eius ſenten=
tiam vicere cupiebat q̄ laudabi=
li voce decreuerat nichil ſe pror=
ſus eorū que ſibi contra fas impe
rabantur acturam ſtatuti ſui te=
nax ad vltimum capite punitur.
Secunda vero fuit virgo mercu
ria nomine. Anus venerabilis et
fecūdiſſima in filiis: ſꝫ ꝗs non p̄tu
lit chriſto dionyſia ⁊ alia Ammo
naria. Que dū nimia vtuntur cō
ſtantia apud iudicem ⁊ ille vinci
erubeſceret a feminis inauditis
tormentorū generibus tolleratis
finē olm ferro cedēte ſuſcipiunt.
Heron quoqꝫ ⁊ arſinus ⁊ Iſidorꝰ
egypti cum puerulo annorū. xv.
Dioſcoro iudici offerūtur. Et pri
mo omniū puerulum Dioſcorum
tanꝗ̄ pro etate facileꝫ flecti ante
verbis poſt etiam verberibꝰ agit
Queꝫ cum in nullo ſibi cedere vi
deret ferotius eum cruciare con=
tendit. Tunc deinde ceteros va=
riis tormentis dilaniatos cū pari
modo cōſtantia fidei videret ar
matos tradi ignibus iubet. Dio
ſcorꝫ vero puerū ꝙ ſibi cōſtanter
⁊ ſapiēter in oībꝰ reſpondiſſet ad
miratus differri precipit ſperans
eū pro etate plenitudinē geſturū
qđ nō tam tyrāni miſeratiōe quā
dñi puidentia ita geſtū eſt. Nunc
enim nobiſcū eſt dioſcorꝰ adeo no
bis conceſſus ad conſolationeꝫ et
firmamentū populi ſui. Emeſius
quoqꝫ etiā ibi. Egyptiꝰ prio p ca
lūniā quaſi latro delatꝰ eſt. Qui
crimīe abluto poſt hoc ꝙ chriſtia
nus eſſet deferꝉ. In hoc vero nul=
la a iudice moderatio reſeruaꝉ.
Sed geminatis ſuppliciis excru=
ciatū cū latronibꝰ iuſſit incendi.
Ignorans ꝙ crudelitate ſua opti
mo martiri ſaluatoris ſimilitudi
nem detulit: qui pro ſalute huma
ni generis vna cuꝫ latronibus p̄=
tulit crucē. Turma auteꝫ quedā
in vnum cōuenerat militū: inter
quos Amon / ⁊ zenon ⁊ Ptolomeꝰ
et ingenius ⁊ grandeuus teophi=
lus. Qui tribunalibꝰ aſtantes cū
quidam chriſtianus a iudice tor
queretur etiam pene ad negan=
dum declinaret dierū prebantur
intra ſemetip̄os ⁊ vultu oculis ac
nutibus velut erigere conibātur
illum qui in ſuppliciis poſitus tre
pidabat interdū etiā manus pro
tendere ac totius reliqui corpo=
ris motibꝰ ⁊ habitu diuerſe incli=
nati tāqꝫ ſubleuare lapſātes ani=
mos geſtiebant. Cōuerſi vero ad
eos omnes et quid de ſemetipſis
profiterentur ex eorum motibus
agnoſcentes prius pene ꝗ̄ in eos
vulgus clamoribꝰ inſiliret ipſi in
mediū prorumpūt ac ſeſe chriſtia
nos eſſe teſtantur. Tunc vero cer
ſauice ex eorum confidentia pſe=
cutoribus terror noſtris conſtan
tia anima accreſcit dum hi qui p̄
tormenta vinci putabantur ſpon
ſe cruciatibus offerūt ⁊ ab his qđ
illi pro terroribꝰ inferebāt velut
pro quadā ſpem voluptatis expe
titur deo triūphāte per ſanctos
ſuos. Sꝫ nec Scirionis opus me=
morabile fas eſt ſilētio preterire.
Is namqꝫ cū rem cuiuſdam potē
tis ſub mercede procurare iubeꝉ
ab eo ydolis imolare. Recuſans
cogebatur iniuriis. Perſiſtēs rur
ſum blanditiis mulcebatur. Cuꝫ
vero vtrūqꝫ contēneret preaccu=
ta ſude validiſſima trāſuerbera=
tus p media viſcera neſci tradi=
tur. Qui vero memorem quante
multitudines in deſertis ⁊ in mō=

tibus oberrantes fame ſiti frigo=
re langore latronib⁹ beſtiiſq̄ cō=
ſumpte ſunt. Qui oēs imitati ele
ctos dei ꝓphetas gloriā martirij
coronati ſunt. Deniq̄ ꝛ veneran=
dus ſenex Ceremon epiſcop⁹ hic
erat vrbis egypti que dicitur Ny
lopolis cum ad arabicum montē
vna cum grandeua coniuge diceſ
ſiſſet nulli vltra apparuit. Et cuȝ
ad perquirendū eum plurimi fra
trum frequentiſſime proceſſiſſent
perſcrutatis omnibus locis neq̄
ipſos vltra quiſq̄ nec corpora eo
rum potuit inuenire. Hec autē nō
fruſtra cōmemoraui frater cha=
riſſime ſed vt ſcias quanta apud
nos a ſanctis martiribus ad dei
gloriam geſta ſint.

¶Capitulū. xxxi. de lapſis
poſt penitentiā recipiendis.

ET poſt pauca addit
etiā hec dicens. Iſti
igitur diuini marti=
res qui cum chriſto
in celeſtibus ſedēt et
regni ei⁹ participes
ſunt atq̄ iudicē qui cū ipſo de la
pſis fratribus iudicāt: iſti inq̄ ip
ſi ſuſceperūt lapſos ꝛ penitentiaȝ
conuerſionemq̄ eorum nō reſpue
runt ſcientes ꝙ deus noſter cui⁹
ipſi erant martires: non vult om
nino mortem morientis ſed con=
uerſionem eius ꝛ penitentiā que=
rit. Si ergo iſti receperūt quoſ=
daȝ ꝛ in eccleſia ſtatuerūt in ora
tione quoq̄ eis ꝛ in cibo commu=
nicauerunt quid nos vultis face
re fratres. Quid nobis agendum
putatis. Nonne ſequi nos eorum
ſententias et iudiciū conuenit at
q̄ ergo eos quos illi miſerati ſunt
nō exiſtere crudeles ꝛ truces. Nō
puto expediat nobis ſententias
eorum in irritum reuocare miſe=
rationes infringere benefacta tur
bare et recte religioſeq̄ inſtitu=
ta violare.

¶Capitulum. xxxii. de no=
uato heretico et hereſi ſua ꝛ
conditiones ipſius.

HEc dionyſi⁹ de lapſis
faciens ſermonem.
Quo tēpore Noua
tus romane eccleſie
pſbyter elatiōe qua
dam tumidus ſpem
penit⁹ eis ſalutis adimebat etiaȝ
ſi digne penituiſſent. Ex quo ꝛ pri
ceps hereſeos extitit nouatiano
rum. Qui ab eccleſia ſeparati ſu
perbo nomine ſemetipſos catha
ros id eſt mūdos appellarūt. Ob
quam rem conſilium ſacedotale
celeberrimum in vrbe Roma cō=
gregatum eſt. Epiſcoporum qui=
dem ſexaginta numero. Preſby=
terorum quoq̄ totidem cū diaco
nis plurimis. Preterea etiaȝ per
ſingulas quaſq̄ ꝓuincias de hac
re magna deliberatiōe habita de
cretis ſignificatur qd facto opus
eſſet. Statuitur ergo Nouatū q̄=
dē cū his qui eū mētis elatiōe tu=
midū ſequerent quiq̄ ad īhuma
nā iſtā ꝛ nichil fraterne charita=
tis ſeruantē ſententiā declinarēt
alienos eſſe ab eccleſia. Eos vero
q̄ lapſi in certamine fuerant fra-
terna miſeratiōe curādos ꝛ fomē
tis penitētie medicādos. Scribit
de hac re et Corneli⁹ vrbis rome
ep̄us ad eccleſiā Antiocenā indi=
cans Fabiano eius ep̄o quid ſta
tuerit in vrbe Roma conſiliū cō=
gregatum quid etiam Italis Af
fris ceteriſq̄ occidentalibus vi=
ſum ſit. Cyprianus vero de his li
brum magnificentiſſime ſcriptuȝ
edidit in quo et lapſos ad penitē

etiam cohortandos ꝛ contradicētes alienos eſſe ad chriſti viſceribus ſtatuit. Extat autē ꝛ alia epiſtola cornelij ad fabianum antioche epm̄ ſcripta edocens ſingula queq; denouato q̄s qualiſq; fuerit vel vita vel moribus: et quomodo ab eccleſia chriſti declinauerit. In qua refert ꝙ ex ep̄atus cupiditate quam intra ſe latēter gerebat in hec omnia mala deciderit. Ex eo autem maxime elatus ſit ꝙ quoſdā de confeſſoribꝰ viros optimos inter ip̄a initia ſibi ſocios aſſumpſerit. In quibus fuit maximꝰ quidā p̄ſbyter romane eccleſie ꝛ vrbanꝰ qui ſecundo confeſſores extiterāt. Sed ꝛ ſidonius ꝛ celerinus qui valde clari in confeſſoribus habebantur eo ꝙ omnia tormētorū genera ſupauerant. Sed iſti (inquit) cū diligētius perſpexiſſent agere eum cūcta fraudibus ꝛ dolis mendacijs atq; periurijs ꝛ quia bonitatem ad hoc ſolū ſimularet vt deciperet ignorātes relicto eo vel potius execratio ad eccleſiā cū magna ſatiſfactione reuerterunt: et preſentibus ep̄is ac preſbyteris ſed ꝛ laicis viris primo quidem errorem ſuum tum deinde ꝛ illiꝰ fraudes ac fallatias confitentur Addit preterea etiam hec epiſtola ꝙ cū ſemp̄ fratribus iurare ſolitus ſit ep̄atum ſe omnino nō cupere ſubito ꝛ ex improuiſo velut nouum plaſma ep̄us apparuit. Scilicet qui diſciplinam et inſtituta eccl'iaſtica vindicabat epiſcopatū quem non adeo acceperat preſumebat. Tribus namq; ep̄is ſimpliciſſimis hominibus ꝛ omnium ignaris de romana italie p̄te habſbitis immo potiꝰ ſubtili ab eo circūuentione deceptis imaginariā magis q̄ legitimā ab eis extorquet manus impoſitionē. Ex quibus tamē vnus continuo ad eccleſiam redit cōfeſſus peccatum ſuum ꝛ in cōmunionē laicam populo etiā p̄ hoc interueniente ſuſceptus eſt. In locum vero reliquorum duorū qui nouato manus impoſuerunt ordinati ſunt allij ep̄i ꝛ miſſi. Is ergo q̄ euāgelium vendicabat neſciebat in eccl'ia catholica vnum ep̄m eſſe debere vbi videbat eſſe preſbyteros. xlvj. diaconos. vij. ſubdiaconos. vij. acolitos. xlij. Exorciſtas et lectores cum hyſtoriarijs. lij. Uiduas cum indulgentibus mille quingentas: quos omnes deus alit in eccleſia ſua. Addit autem etiam hoc ꝙ idem ip̄e nouatꝰ in iuuentute ſp̄ū immundo vexatus ſit. Et cum tempus aliquantū cōſumpſiſſet apud exorciſtas egritudinē icurrerit grauē ita vt deſperaretur. Et ꝙ iacēs in lecto p̄ neceſſitate pfuſus ſit nec reliqua in eo que baptiſmū ſubſequi ſolent ſolemniter adimpleta ſint: nec ſignaculo criſmatis conſummatus ſit. Unde nec ſpiritū ſanctum vnq̄ potuerit promereri. Deniq; inquit cum priuata quadam gratia diligeretur ab ep̄o ꝛ vellet eum ordinare preſbyterū clerus vero omnis ꝛ quāplurimi ex laicis prohiberent dicentes nō licere clericum fieri eū q̄ in neceſſitate poſitus in lecto grām cōſecutus ſit ep̄m ab omnibꝰ ſpecialē gratiam popoſciſſe vt ſibi de hoc vno iſto concederet. Scribit etiā de ip̄o ꝙ perſecutionis tempore cum in cellula quandam lateret et a diaconis vt moris eſt ſubuenire in exitu catecuminis rogaretur: timēs p̄cedere denegauit

ſe eſſe preſbyterū. Et q̄ ſacramē-
ta diuidēs populis accipientium
manus teneret. nec prius pmitte
ret ſumere q̄ ſibi p ea q̄ vn⁹ quiſq̄
tenebat in manib⁹ iuraret q̄ nūq̄
ſe relicto ad cornelium remearet
Hec et multa alia huiuſmodi. Cor
nelius de vita moribus ac pphe-
tanis eius actibus ſcribit.

¶ Cap. xxiij. de ſerapiōe aliquā
do a fide lapſo digna memorie
hyſtoria.

Dionyſi⁹ vero de hoc
reſcribenda ſupradi
ctum Fabianum in-
texit etiam quandā
hyſtoriam dignā me
morie dicens Sera-
pionem quendam fuiſſe apud ale
xandriam vnum ex his qui lapſi
ſunt eundemq̄ ſepe deprecatum
vt ſuſciperetur nec tamen impe-
traſſe. Oppreſſum deinde hūc eſſe
egritudine ita vt triduo iam ſine
voce prorſus iaceret. Paululū ve
ro quarta die reſpirantē vocaſſe
ad ſe filiam ſuam et dixiſſe. Quo-
uſq̄ me detinetis. Queſo vos ci-
to aliquis preſbyterum roget vt
poſſim aliquando dimitti. Et cū
hoc dixiſſet rurſum ſine voce per
manſit. Abiit curſu puer ad pre
ſbyterum noctis tempore: infir-
mabatur preſbyter. venire non
potuit. Tamen quia preceptum
fuerat a me vt lapſis i exitu ne-
mo reconciliatiōis ſolatia dene-
garet et maxime his quos pri⁹ id
rogaſſe conſtaret darum euchari
ſtie puero dedit q̄ ad ſe venerat.
Quod infuſum iuſſit ſeni pberi.
Regrediente adhuc puero anteq̄
ingrederetur domum rurſus Se
rapiō reſpiciēs rediſti inquit fili.
Et licet preſbyter venire non po
tuit, tu tamē imple quod tibi pre
ceptum eſt vt poſſim diſcedere.
Cumq̄ eſſet completa ſolēnitas
velut cathenis quibuſdā vincu
liſq̄ diruptis letiorē iam ſpiritū
reddidit. Ex quo inquit cōſtat cer
tiſſime huius boni auxilio nullū
debere fraudari. Scribit etiā ipſi
nouato dionyſius epiſtolā cuius
exemplum inſerere his dignum
putaui.

¶ Cap. xxiiii. Dionyſii alexan
drini ad nouatum per breuis et
magnifica epiſtola ſimul et de ce
teris eius ſcriptis.

Dionyſius noua o fra
tri ſalutem. Si inuic
tus vt ais in hoc ve-
niſti oſtendes in eo ſi
deſinas volēs. Opor
tuerat quidem etiam pati oīa
ne ſcinderetur eccl'ia dei. Et erat
non inferior gloria ſuſtiere mar
tyrium p eo ne ſcindatur eccl'ia
q̄ q̄ illa ne ydolis immolet. Im
mo ſecundū meam ſentētiā ma-
ius hoc puto eſſe martyrium. Ibi
nāq̄ vnuſquiſq̄ p ſua tantū ani
ma. In hoc vero p oīi eccleſia
martyriū ſuſtinet. Sed nūc ſi ue
tu ſuadere ſiue etiam cogere po
tes fratres redire ad cōcordiam
maius tibi erit emēdationis me
ritū q̄ fuerat culpa ꝯmiſſi. Quia
illuc iam nō imputabit hoc etiā
laudi dignū ducetur. Si vero illi
incredulitate pmanſerint ſaluās
ſalua animā tuam. Uale: pacem
deſiderans quā tibi imprecor. Hec
eadem etiā nouatiano ſcripſit.
dedit ad egyptios epiſtolā de-
lapſorum penitētia: in qua et re-
gulas eis ſtatuit penitēdi. Sed et
multa alia pbatiſſima ferūt ſcri
pta dionyſii. Scribit de peniten-

tia ⁊ cohortatorium libellum de martyrio ad origenē. Ad laodi=ceñſes ⁊ armēios de penitentia ad cornelium quoq; vrbis Rome epiſcopū plurima ſcribit. In quibus etiam hoc indicat inuitatū ſe a multis epis: id eſt ab heleno tarſo cilicie ⁊ firminiano capadocie ⁊ theoctiſto paleſtine vt ad ſynodum antiochiā pergat ꝙ ibi nouati dogmata quidā aſſerere conarēt. Et addit ꝙ a fabiano antiocheno epō defuncto demetrianus in epiſcopatu ſucceſſerit. Sz et de hieroſolymorū epō his verbis ſcribit. Ammirabilis autem vir inquit alexander in carcere poſitus beato fine preceſſit ad dominum. Eſt ⁊ alia ipſius dionyſij epiſtola ad romanos ſcripta de miſterijs. Et alia item ad ipſos de pace ⁊ depenitētia. Et ad q̄ſdā confeſſores qui adhuc in vrbe Roma nouatum ſequebantur. Et rurſum ad eoſdem poſteaq̄ ad eccleſiam conuerſi ſunt duas epiſtolas ſcribit. Sed ⁊ ad multos alios varia ac diuerſa ſcribens ſtudioſis quibuſq; inſtructionū et doctrine copioſiſſimam materiam dereliquit.

¶ Explicit liber ſextus.

¶ Incipit liber ſeptimus.

Capitulum primum de morte decij ⁊ origenis deq; initio perſecutionis galli.

Septimum nobis eccleſiaſtice hiſtorie librum ſcriptorum ſuorum cudat eloquijs nobiliſſimus patrum et clarus in epiſtolis dionyſius. Qui poſteaq̄ decius non totis duobus annis principatu romani apicis miniſtrato cū filijs pariter interemptus eſt ⁊ gallus ſuſcepit imperium (Quo tempore etiā origenes ſeptuageſimo etatis anno non ad integrum expleto defunctus eſt) Scribens hermammoni cuidam de gallo hec refert. At ne gallus inquit malū decij aut videre potuit aut cauere: ſed in eadem lapidē offenſionis impegit Cuius regnum cum floreret initio ⁊ cūcta ei ex ſentētia cederēt. ſanctos viros qui ꝑ pace regni eius deo ſummo ſupplicabant pſecutus eſt: cum quibus ⁊ proſperitatem ſuam pariter effugauit ⁊ pacem.

¶ Cap. ij. de cipriano qui cenſuit hereticos rebaptizandos.

In vrbe vero roma cornellio epiſcopatu gerente et apud cartaginem cypriano/ambobus fide ⁊ virtute pietate preſtantibus queſtio exorta eſt in affrice magis partibus ſi opoteret hereticos rebaptizari. Cumq; id a cypriano ⁊ ceteris pene omnibus per affricam ſacerdotibus opotteret fieri decerneretur. Cornelius ⁊ ceteri omnes per italiā ſacerdotes huiuſmodi decretum manētes ſacerdotali concordia refutarūt ſtatuentes antiquitus a patribꝰ ſup hoc traditam regulam debere ſeruari. Que continebat poſt abiectionem praui ⁊ cōfeſſionē recti dogmatis ſola eos manus impoſitione purgandos.

¶ Capitulum. iij. de concordia eccleſiarum orientis ſuper reiteratione baptiſmi.

SEd poſt cornelii con ſummationem qui tribꝰ circiter annis ſacerdotio functus eſt / epiſcopatus ſedē luciꝰ ſuſcepit. Cui octo ſolis mēſibꝰ ſacerdotio amminiſtrato ſtephanus ſuccedit. Quiq̄ ſimilē cornelio de nō rebaptizādo ſentētiā tulit. Ad quem dionyſius multa ⁊ ſepe ſcripta dixerit de multis eccl'iaſticis diſſerens cauſis. In quibus inter cetera etiam hoc indicat ꝙ omnes eccl'ie abiecta nouati pſūptione pacem inter ſe inuicem ſeruēt Scribit ergo de hoc his verbis. Scito autē frater oēs eccl'ias in oriente que prius conturbabātur nunc rediiſſe in concordiam ⁊ omnes ſibi vnanimiter coherere gaudentes ⁊ exultantes de pace que vltra ſpem eccl'ie reddita eſt Id eſt demetrianum apud antiochiam: ⁊ in theotiſtum apud ceſaream mazabanē in hieroſolymis dormiēte in pace alexandro maximū apud tyrum helïodorū apd laoditiā helenum in tarſo firmilianum in capadocia. Uerum ne ſermo epiſtole lōgior fieret nobilium tantūmodo vrbium tibi epiſcopos indicaui: vt etiā ceteros cum ipſis pariter vnū ſentire non dubites per vniuerſam ſyriam vl' arabiam. Sed ⁊ hi quibus nunc ſcripſiſtis meſopotamie epi idem ſapiūt: Ponti quoq̄ ⁊ bthinie omnes pariter vnanimes ⁊ cōcordes ⁊ multa ſibi inuicē charitate connexi glorificant dominum noſtrū hec dionyſius ſcribit.

¶Cap. iiii. q̄ ſixto ſcripſerit dionyſius ſuper baptiſmate.

STephano vero duobus annis impleto ſacerdotio Rome ſixtꝰ ſuccedit. Ad quem ſcribit nihilominus Dionyſius de baptiſmate cōmemorās ꝙ ſtephanus qdē deceſſor ſuus ſcribēs ad firmilianum ⁊ helenū ceteroſq̄ illarum partiū epos ſtatuerit nec cōicandū eſſe his q̄ rebaptizāt: ſed debere conſiderari magnitudinē rei: q2 nō quocūq̄: ſed p magni ⁊ nobiles in epis viri ſint qbꝰ hoc viſum ſit. Dicit etiā ꝙ ſup hoc ſcripſerit pleniꝰ ad dyoniſiū ac filomenē pſbyteros vrbis rome. Indicauit autem pariter etiā de ſabelli hereſi que tēporibus ipſius exorta ſit ſcribens hec.

¶Cap. v. de hereſi ſabellii.

QUid autem dicam de ea doctrina que apud ptolomaidam pentapoleos ciuitatem nuper exorta eſt plena blaſphemiis in dominum patrē et in dominū noſtrum ieſum chriſtum negans vere eſſe filium patris. nec primogenitū oīs creature. Similiter ⁊ ſancti ſpiritus auferens intellectū. Pro qbꝰ cum vtreq̄ ptes ad me veniſſēt ⁊ pñtibꝰ fribꝰ q̄ cōmota fuerāt diſcuſſiſſent ēt lrīs ꝓut deꝰ dedit paruitati mee ꝓſecutꝰ ſum ⁊ ſcripſi ſingula q̄q̄ diligēter exponēs quorū tibi exēplaria trāſmiſi. Sz ⁊ in tertio libro de baptiſmo quē ſcribit ad philomenē pſbyterū vrbis rome etiā hec commemorat.

¶Cap. vi. de viſione que dionyſio apparuit ſuper lectione librorum hereticorum.

EGo inquit tractatꝰ hereticorū le

go ꝛ traditiões eoꝝ pſcrutoꝛ etiā ſi videar ad hoꝛā verbis eoꝝ pol lui. Sꝫ multū michi cōfert hoc ip ſū ꝙ ex ipſoꝝ verbis arguere eos poſſum. Deniqꝫ cū aliiſ ex frīb⁹ cū pſbiteris ꝓhiberet me ne here tica lectiōe tāqꝫ ſceni alicui⁹ feto repoluerer viſio michi qdam a deo oñdit q̄ me cōfirmaret: ꝛ ſer: mo ad me fact⁹ eſt hec michi eui dēter ꝓloquēs: lege oīa q̄cūqꝫ in manus tuas venerint qꝛ ꝓbare ſingula qꝫ ꝛ diſcernere poteſt qñ qdē ꝛ ex initio hec tibi fuit cā cre= dēdi ꝯplex⁹ ſūt viſionē qꝛ ꝛ apl̄i= ce ſnīe cōcoꝛdabat dicēti oīa legi te q̄ bona ſunt tenete: In ipſo quo qꝫ libello cōmemoꝛat: nō tūc ꝓmū in affrica de hereticis rebatizan dis ab epīs decretū eſſe: ſꝫ antea iā in nonnullis eccleſiis ꝛ cōciliis epōꝝ velut i iconio: atqꝫ aliis lo cis de hoc fuiſſe tractatum.

Ca. vii. adhuc d̄nouati ipietate.

SCribit adhuc: et inq̄r to de baptiſmate lib. ad Dionyſium vrbis rome pſbiterum plu rima denouati impie tate commemoꝛans. In quinto vero. libꝛ. ad ſixtum vꝛbis rome epiſcopū ſcribens aduerſū ſupꝛa dictā hereſim qdā diſſerēs ēt ta le aliqd accediſſe ꝯmemoꝛat his verbis. Uere ꝯ ſit frater ꝯſiliū pe to ꝛ reqro ſniā qd tibi videat ī ea cā q in eccl̄ia nr̄a exoꝛta eſt vere oꝛ enim ne foꝛte fallar in aliquo.

¶ Cap. viii. baptiſma nō eſſe ite= randū oſtenditur per hyſtoꝛiam memoꝛatu digniſſimam.

ERat apud nos frater qui dam fidelis antiquit⁹ an te etiam quoqꝫ ego epiſco pus oꝛdinarer immo et anteqꝫ de ceſſoꝛ meus eracla qui cum inter eſſet his qui baptizabantur ꝛ au diret: vel quid interrogentur vel quid reſpondeant. Flens acceſſit ad me: ꝛ pꝛocidens ad pedes me os cōfiteri cepit baptiſma ab he reticis aliter ſe ſuſcepiſſe. Quod tamen ſecundum ea que nunc vi deret a nobis miniſtrari nec ba= ptiſma diceret eo ꝙ eſſet repleta blaſphemiis oīa illa cōfeſſio. Si= militer ꝛ hoc addebat ſe intm̄ ꝓ hoc erroꝛe ſtimulari vt ne oclos qdē ad deū auderet erigere. Pꝛo pter qꝺ exoꝛabat mūdari ſe ꝛ pu rificari eccl̄iaſtico baptiſmate vt ꝛ grāꝫ ꝯſeq̄ poſſet ſpūſſancti. Qꝺ ego facere auſ⁹ nō fui: ſꝫ dixi poſ= ſe ei ſufficere tā multi tpis cōmu= nionē quā in eccl̄ia cōſecutus eſt per hoc ꝙ a nobis euchariſtie ſu ſcipiēs donū reſpōderet tamē: ex quo ꝛ p ſingula potuiſſet ipſa ſa= cram ſctoꝝ virtute purgari ¶ Co hoꝛtabat igit̄ eū debere cōfide re fidei ſue ꝛ conſciētie iā purga te ꝛ ante oīa ꝙ tādiu in ſacramē tis nobis iam particeps fuerit. Sed ille neqꝫ a luctu ceſſat et la chꝛymis: neqꝫ vltra ad menſā do minicam audet accedere: ita vt vix a nobis cohoꝛtatus ꝛ cōpul= ſus oꝛatiōi audeat intereſſe. Hec et multa alia de hmōi queſtioni= bus per diuerſos libꝛos ſuos dio nyſius ſcribit.

¶ Cap. ix. de valeriano qui pꝛi= mū cū eſſet humaniſſim⁹ poſtea p̄ceptoꝛe depꝛauatus chꝛiſtianos dure perſequitur.

MAllus vero nō integris duobus annis imperio detento rebus huma= nis exemptus eſt. Poſt quem valerianus cū filio galieno ſuſcepit pꝛīcipatū. De q dionyſi⁹

ſcribens iterum ad hermammo
nem hoc modo refert. Sed ꝛ Jo
hanni ſimiliter reuelatuȝ ē vt di
ceret. Et datū eſt inquit ei os lo=
quens magna ꝛ blaſphemias. Et
data ē ei poteſtas per mēſes .xl.
ꝛ duos. Utraqꝫ autem complent
in Ualeriano. Uere em̄ mirādū
eſt quomodo ſupra ceteros q̄ an
te ſe fuerunt hic ꝛ humanus ꝛ be
nignus extitit erga famulos dei.
Jta vt initiis multo etiā illis be=
nignioꝛ videretur q̄ nomine ſal=
tim chꝛiſtiani dicebantur. Jntan
tū venerabatur ſeruos dn̄i: ꝛ om
nis ei⁹ dom⁹ erat eccl'ia dei. De
pꝛauatus eſt autem et a verita
te deiectus per quendam docto=
rem peſſimum magiſtrum ꝛ pꝛi=
cipem, egyptioꝛū magnoꝛū: vt iu
ſtos ꝛ ſanctos viros ꝑſequi ꝛ inte
rimi iuberet. tanq̄ꝫ qui aduerſa=
rentur magicis artibus quib⁹ ſe
ipſe ſubdiderat. Erant em̄ reuera
ꝛ ſunt etiam nunc qui poſſint vir
tute meritoꝛum ſuoꝛum reſtigue
re fallacias demonum. Nam il=
le vt impuros ritus ꝛ execranda
miſteria ac ſacra inceſta confice
ret pueros impubes iugulari iu
bebat ꝛ oꝛbari liberis patres at
qꝫ inteneris viſcerib⁹ humanas
rimari per piaculum fibras ꝛ vo
cem illic querebat vbi fugauerat
vitam. Sed ꝛ multa alia huiuſ=
cemodi de valeriani piaculis me
moꝛans addit etiam hoc ꝙ ipſe
a barbaris capt⁹ ꝛ luminibus oꝛ
bat⁹ filios ſceleris ꝛ impuritatis
ſue reliquerit ſucceſſores.

¶ Cap. x. Q̄ta dionyſius ſub vale
riano perpeſſus ſit.

Jpſe vero dionyſius q̄ta in
eius perſecutione pertule
rit. ꝛ quibus affectus ſit crucia=
tibus ꝓpter nomen dei ſerpēs
ad quendam germanum ep̄m q̄
quaſi obtrectatoꝛ eius eſſe vide=
batur refert vbi ꝛ acta cōfeſſiōis
ſue inſeruit apud emilianū ꝑſidē
geſta. Jd q̄b⁹ cū dionyſi⁹ vnū ſolū
dn̄m q̄ celū feciſſet ꝛ terrā diceret
adoꝛādū ceteros aūt neqꝫ eē deos
neqꝫ adoꝛari debere: in caſtrū qḋ
dā deſerti qḋ cefro appellat̄ i exi
liū trudit̄ ob hoc ꝑcipue electū ꝙ
loci icole gētiles erāt hydoloꝝ ſu
perſtitiōib⁹ ſatꝫ dediti. Quicqꝫ ex[…]
lē dionyſiū ꝑmo hoſtili a ſoꝛ ſatis
aduerſa mente ſuſcipiūt. Poſt ve
ro cū paulatī ꝑ dn̄i gr̄am verbū
dei his ſemīare cepiſſet. pars ma
xima turcis ꝛ barbari populi reli
ctis hydolis cōuerſa eſt ad dn̄m
verū xp̄oqꝫ ſubiecta. Quo cōpto
rurſus eū ad aliū locū vicinū q̄dē
alexādrie ſed incolis deſertuȝ ac
pene habitatoꝛib⁹ vacuū trāſtu=
lerūt. Sed ꝛ ibi cū ꝓ vrbis vicini
tate nr̄oꝝ ꝑpl'i eū frequētarēt: ꝛ
tāq̄ꝫ odoꝛe paſtoꝛis recepto grex
letioꝛ ꝛ conſtātioꝛ agonib⁹ redde
ret: rurſum miſſis cū cēturiōe mi
litarib⁹ viris ipm̄ dionyſiū ꝛ cuȝ
eo gaiū: ꝛ petrū catenis conſtri=
ctos ꝛ diuerſis cruciatib⁹ afflictos
iu deſertū quoddā libie ꝓtra xeſt
Jbiqꝫ eos in loco ſcalidiſſimo et
omni vſu humanitatis carēte a
paretonio triū dierū itinere in de
ſertū ꝓtento nexos vinculis reliq̄
rūt. Hec in diuerſis ſuis ep'l'is ſu=
pradict⁹ vir ſcripta dereliq̄t. Jn
q̄b⁹ memoꝛat etiā maximū ꝑſb̄y
terū ꝛ dioſcoꝛū. Demetriūqꝫ ꝛ lu
ciū necnō ꝛ fauſtinū atqꝫ aquilaȝ
ſatis claros ꝛ inſignes titulo con
feſſionis effectos. Sed ꝛ ex draco
nibus quoſdam in inſula poſt pe
nas confeſſionis eſſe defunctos.
Super fuiſſe vero ex his fauſtinū
et euſebiū. Quibus etiam refert

tantū fiducie ꝛ magnanimitatis
per dei gratiā datum: vt cum ad
eos qui in carcere tenebātur fra
tres: nemo pꝛoſus humanitatis
ꝛ miniſterii cauſa permitteretur
accedere: iſti tamen indeſinenter
ꝛ reuiſerent ꝛ neceſſaria mini-
ſtrarent. Et cum per dies ſingu-
los preſidis furoꝛ creſceret: iugu
landos alios: alios ſupplicijs ꝛ di
uerſis cruciatuū generib⁹ affligē
dos ſqualoꝛe carceris ꝛ catena-
rum pōderibus enecādos: ꝛ ſuper
omnia ꝑcipiendo: ne quis ad eos
pꝛſus accederet vt ex iedia quaſi
aliud toꝛmēti genus adhiberet.
Conceſſit tamē deus ſupradictis
diaconibus gratiā confeſſoꝛibus
ſuis, ꝓuidens vt inuitis omnibus
iſtis tamē nō negaret ingreſſus.
Sciēdum tamē eſt ꝙ hic Euſebi⁹
quē dyaconū ſupradixim⁹ poſt-
modū ep̄us apud laodiciā Syrie
oꝛdinatus eſt. Maxim⁹ vero quē
preſ byterū memoꝛauim⁹ ipſi dio
nyſio apud Alexandriā ſucceſſit
in epiſcopatu. Fauſtus autē qui
cū ipſis tunc confeſſoꝛ enituit vſq
ad perſecutionē qui noſtris tēpo
rib⁹ facta eſt: grādiuus ꝛ plenus
dierū perdurās perfecto marty-
rio obtrūcatione capitis conſum
pt⁹ eſt. Hec a dionyſio certiſſima
fide memoꝛantur.

¶ Cap̄. xi. de perſecutione vale-
riani apud ceſaream paleſtine.

IGitur in valeriani pſe-
cutionib⁹ apud ce-
ſareā paleſtine mul-
ta a diuerſis marty
ria cōſummata ſunt.
In quibus tres quidā admiran
di adoleſcētes: quoꝛum vn⁹ priſ-
cus: alius Malcus: tertius alexā
der vocabatur. Cū in ſuburba-
no agello ſupradicte vrbis habi-
tarēt: diuino fidei caloꝛe ſuccēſi.
ceperūt ſemetipſos ſegnitie atq
inauie incuſare: ꝙ cum celeſtes ī
vrbe martyrū pꝛoponerentur co-
rone: ipſi non deſiderarent: non
raperent cūq dominus ꝛ ſalua-
toꝛ regnum celoꝛū violenter diri
pi debere teſtatus ſit: ipſi in glo-
rios: ꝛ deſides animos humi ge-
rerent. His igitur ſemetipſos al-
loquijs incitantes vrbem petunt
ꝛ adoꝛto iudice truculento: cur tā
tum in ſanguinem pꝛioꝛum deſer
uiret incuſant. Ille continuo no-
biles animos iuuenum quam di-
gnis remunerat affatibus deno
randi inquit beſtijs ſubigantur:
quibus non placet pioꝛum ſan-
guinem fundi. Sed ꝛ mulier q̄-
dam ſupradictoꝛum iuuenū ſecu
ta fertur audatie ꝛ magnanimi-
tatis exemplum: ſimilēq ſoꝛtiē
exitum pene. Quā tamē de mar
cionis ſcola fuiſſe loquebantur.

¶ Capitulum duodecimum de
eodem.

MArinum quoq virū
militarem: hieroſo-
lymoꝛum ciuē hono
re ꝛ diuitijs clarum
cuꝫ ſupradicto vrbe
inter collegas ſuos
per oꝛdinem gradus ſui honoꝛ q̄
dam contingeret militaris vt fie
ri ſolet inſequētem collegam ſuū
ſubit inuidia: et exclamat. Non
poſſe marinū adipiſci ſuperioꝛē
gradū: ꝙ eſſet chꝛiſtianus. Inter
rogat a iudice marin⁹: ſi ita res
ſe haberet. Ita ille eſſe: ꝛ vere ſe
eſſe chꝛiſtianū clariſſima voce te
ſtatur. Tres ei deliberandi hoꝛe
decernūt a iudice: vt eligat vtrū
velit immolare dijs: ꝛ imperato-
ri an chꝛiſtianus interimi. cumq

a tribunalibus fuiſſet egreſſus/ Theotignus epiſcopus loci apprehenſa manu eius: perducit eū ad eccleſiam. Ibiq; multis verbis in fide confirmans ad vltimū in interiora perducit altaris: gladiūq; ſuum quo precinctus erat oſtendēs ei. Et rurſum offerens euangelium quid e duob⁹ mallet interrogat Marinus vero promptiſſima fide cum manū ad euangelium tetendiſſet: obtine inquit theotignus quod elegiſti o fili: et contēnens preſentem vitam eternam ſperato. Confidens perge: ⁊ ſuſcipe coronam quā tibi dominus p̄parauit. Regreſſus continuo ad tribunal euocat̄ per p̄conē. Aderat enim tempus ſtatutū Ille vero nec moras patitur. nec expectat interrogantem: ſed continuo ſibi ⁊ deliberatum aſſerit: ⁊ ex paternis legibus confirmatū: q; deo obtēperare oporteat magis q̄ hominibus. Quē index ilico capite puniendum pro tali reſponſione pronunciat.

¶ Cap. xiij. De aſſirio eiuſq; clariſſimis geſtis.

SEd inter eos cūctis clarior: ⁊ meritis fidei ſupra ceteros inſignis: memoratur aſtirius vir romane vrbis ſenator patricius nobilitate: facultatibus propinquitatu etiā regia ⁊ omni bonorum fama ſatis clarus. Qui cū ſupradicti martyris extremis intereſſet exequiis ⁊ capite ceſum cadauer: ſubiectis humeris ſuis ⁊ ſubſtracta veſte qua induebat̄ exciperet: honorem quē martyri detulit continuo ipſe martyr aſſequitur. Sed ⁊ in multis alijs eum p̄clarum geſtis in fide xp̄i enituiſſe tradiderunt nobis ij qui eum in corpore adhuc poſitū viderunt in quibus etiā tale aliquid per eū geſtū memorabāt. Apud ceſareā philippi: quā paneadā phenices vocant aiunt ſub adrie montis q̄ appellatur Paulus ex quo fluuij Iordanis prima fluenta proſiliūt morem fuiſſe gentilis erroris certa ac ſolēni die. immolari victimā. Que victima arte quedam demonis ſubito nuſquā cōparebat. Et erat hoc famoſiſſimi miraculi gen⁹ quo perſuaderi aſtātibus videretur in celum hoſtiam inuiſibiliter eſſe ſublatam. Accidit igitur dū hec gererēt̄ adeſſe Aſtirium. Qui cum videret omnes miraculi huius ſtupore conſtringit. humanos miſeratos errores cum gemitu ⁊ ſuſpirio oculos ad celum pariter tendit ⁊ palmas: chriſtū qui eſt ſuper omnia deus tota fide p̄fuſis lachrymis inuocat: vt p̄ſtigia fallacis demonis arguat miſeriſq; mortalibus erroris huius ſoluat archanum. Hec illo cū fletibus ſupplicante ſubito victima q̄ inuiſibiliter credebatur aſſumpta: ſuper ferri aq̄s videtur: ⁊ in conſpectibus omniū redditur: nec vltra in illis locis error huiuſmodi potuit repiri: ita vnius chriſtiani p̄ce: tantorū deceptionum machina cū auctoribus ſuis demonibus diſſoluta eſt

¶ Cap. xiiij. de emoroiſſa a xp̄o curata memoranda hyſtoria.

VErum quia vrbis fecimus mentionem: iuſtum videtur cōmemorare etiā illō in ea quod hyſtoria dignum duxim⁹ mu

lierem quã ſanguinis ꝓ flu
uio laborantẽ a ſaluatore
curatam euangelia tra=
diderunt huius vrbis ciuẽ
cõſtat fuiſſe: domuſq; eius
in ea etiam nunc oſtendit.
Pro foribus vero domꝰ ipſiꝰ
baſis quedam in loco edi=
tiore collocata monſtra=
tur in qua mulieris ipſius
velut genibus prouolute
palmaſq; ſuppliciter ten=
dentis: imago ere videtur
expreſſa. Aſtat vero alia
ere nichilominus fuſa ſta=
tua. habitu vir ſtola com=
pta circũdati: et dexteram
mulieri porrigentis. Huiꝰ
ad pedem ſtatue e baſi her
ba quedã noua ſpecie na=
ſcitur. Que cum exorta fue
rit excreſcere vſq; ad ſtole
illius eree indumentis fim=
briam ſolet: quam cũ ſum=
mo vertice creſcens herba
contigerit: vides inde ab
depellendos omnes mor=
bos languoreſq; conquirit
ita vt quecunq; fuerit illa
infirmitas corporis hau=
ſtu exiguo madefacti ſalu
Jd. i hyſ. trip. libro vi. c. xlj. taris graminis depellatur
Nichil omnino virium ge=
rens/ ſi antequã eree fim=
brie ſummitatem creſcen=
do contigerit decerpatur.
Hanc ſtatuam ad ſimilitu
dinem vultus Jeſu forma
tam tradebant. Que per=
manſit ad noſtra vſq; tem
pora: ſicut ipſi oculis no=
ſtris inſpeximus. Et nichil
mirum ſi ij qui ex gentibus
crediderant pro beneficijs
que a ſaluatore fuerant cõ
ſecuti: huiuſmodi velut mu
nus videbantur offerre: cum vi=
deamus etiam nunc et apoſto=
lorum Petri et Pauli: et ipſius
ſaluatoris imagines deſignari
tabuliſq; depingi. Sʒ et antiquas
ipſorum imagines a quibuſdam
conſeruatas nos vidimus.
¶ Quod michi videtur ex genti
li conſuetudine indifferenter ob
ſeruatum: quod ita ſoleant ho=
norare quos honore dignos dux
erint. Inſignia enim veterum
reſeruari ad poſterorum memo
riam/ illorum honoris: horum ve
ro amoris indicium eſt.

¶ Capitulum decimum
quintum. De cathedra
ſancti Jacobi.

DEniqʒ et
Jacobi cathedra
qui primus inter
epiſcopos ab ipſo
ſaluatore: et ab a=
poſtolis in hiero=
ſolymis eſt electꝰ
quemq; fratrem Chriſti volumi=
na diuina deſignant vſq; in hodi
ernum inibi conſeruatur: atque
in ea ſedent omnes: qui vſq; ad
preſens tempus ſedis illius ſa=
cerdotium ſortiuntur. Seruatur
ergo cum ingenti ſtudio velut a
maioribus tradita memoria ſan
ctitatis. Et cum veneratione ma
gna habetur: vel vetuſtatis: vel
primi ſacerdotij ſanctificationis
obtẽtu. Sed de his iſta ſufficiãt.

¶ Capitulum decimũſextũ.
ꝙ pacem Galienus reddit
eccleſijs.

Galienus vero Valeriani fili⁹ poſteaq̃ rerum ſummam ſolus obtinuit lenius ac moderatius erga noſtros agere iſtituit. Datiſq; decretis inhiberi ſupplicia: perſecutioneſq; ceſſare: ⁊ quo quiſq; putat more exorare quod diuinum eſt: ſinit.

¶ Cap. xvij. de quarũdam eccleſiarum per idem tempus epiſcopis.

Et idem temp⁹ cũ Romano adhuc ſacerdotio ſixt⁹ p̄eeſſet ⁊ apd̃ antiochiã demetrianus: firmilianuſq; adhuc ceſaree cappadotie ſuper eſſet ponti eccleſias: Gregori⁹ qui prius theodorus dictus eſt ex origenis diſcipulis cum fratre antheno doro ſuſcepit gubernandas. Apud ceſareã vero paleſtine poſt theotiſtum dominus epiſcopatum ſortitus: ⁊ breui defunctus theoteno iam noſtre memorie viro ſedem tradidit. Qui ⁊ ipſe origenis auditor fuiſſe dicebatur. In hieroſolymis vero poſt mazabbanẽ: ſacerdotiũ: ſuſcepit hymeneus. Et hi omnes in pace eccleſias gubernabant.

¶ Capitulum. xviij. de Alexandria ciuitate que ſeditione gentis ſue vaſtata eſt ⁊ deleta.

Ed apud alexãdriã etiam ſi nulla extri ſecus mali cauſa ſit eo ipſo q̄ genus hominum ferox ſeditioſum: ⁊ ſemp inde tum eſt ciuiles iter ſe mot⁹ et bella nos virtutis merito: neq; ob defenſionem ſed ob necem atq; interitum ciuium cõmouebant. De quibus Dionyſi⁹ in epiſtolis ſuis cõmemorans refert ita a proprijs ciuibus eſſe vaſtatam deletãq; vrbem: vt illa q̃ conſtipatione populorum vix ſoleret digredientibus incedendi ſpacium dare: nunc eo vſq; peruenerit. vt conſpicere in plateis hominem valde rarum ſit: made re omnes ciuium ſanguine vias/ cadaueribus obtegi: ⁊ ne ad ſepeliendum quidem ſufficere qui ſuperſunt. Unde ⁊ poſt belli rabiẽ ferriq; vaſtationem: corrupti aeris ⁊ fetore cadauerum peſtilentia increuerit: ita vt ſi quis ferro ſuperfuerat idem morbus abſumeret.

¶ Cap. xix. de eiuſdem ciuitatis vaſtatione ⁊ alijs eius cauſis dionyſij teſtimonio.

Cripſit autẽ de his idem Dionyſius in epiſtola paſchali: q̃ ſolẽniter per annos ſingulos legi ſolet his verbis. Alijs fortaſſis hominibus non videatur tempus hoc tempus eſſe ſolẽnitatis. quoniã quidẽ luctus vbiq; ⁊ acerba lamentio in plateis cuncta circũſtrepit gemit⁹ vero ineſt ⁊ mugitus in domibus: propter multitudinem moriẽtium. Sicut ſel de primogenitis quondam egiptiorum refertur: ita etiam nunc ingens vbiq; clamor attollitur. Non enim eſt domus ſicut ſcriptum eſt. in qua non ſit mortuus primo namq; ipſi manibus ſuis partem maximã ⁊ meliorem po

puli ceciderunt perſequẽdo ſanctos. Partẽ alterã bella inteſtina rapuerũt. Partẽ vero q̃ ſuperfuerãt peſtilẽs nſic egritudo cõſumit. Sed nos nec in pſecutiõib⁹ cũ iugularemur: a feſtiuitate ceſſauim⁹: nec vnq̃ nobis põt ſolẽnitas impediri: quibus precipit̃ i tribulatione gaudere. Omnis e igit̃ nobis locus quicũq̃ a tyrãnis eligebat̃ ad penam ſiue ager ille ſeu deſertũ fuit: ſiue inſule: ſiue carcer ſolẽnitatem nobis impedire nõ potuit. Letiſſimã vero ſup omnes habuere ſolẽnitatẽ beati martyres: q̃ cũ ſanctis angelis i celo paſcha curarunt. Poſt hec perſecutores noſtri in ſemetipſos manus ac tela verterunt. Sed nec ſic quidem noſtrorũ feſta turbata ſunt. Inſecutus eſt hic peſtilens morbus ⁊ plaga terribilis: ſed illis multo terribilior ⁊ grauior: quos nec ſpeſ erigit futurorũ. Nobis vero hec omnia exercitia quedã virtutis ⁊ fidei ꝓbamenta ducunt̃. Quãuis enim denſior ſeuiorq̃ paganos magis q̃ noſtros morbus inuaſerit: tamen ne a noſtris q̃dem penitus abſceſſum eſt. Et poſt pauca addit dicẽs. Multi nãq̃ ex fratrib⁹ noſtris pro nimia caritate dũ abſq̃ vlla cunctatione infirmos viſitare non deſinũt ⁊ non ſolum viſitare: ſed et miniſtrare: ⁊ exibere officia que dominus precipit: repẽte morbi contagione: cum illis pariter quibus miniſtrare voluerant interibãt. Affectu enim quodam dilectiõis attracti: ⁊ velut participare dolores cum dolentibus cupientes alienas in ſe mores aut ſegniter trãſferebant: effectiq̃ ſunt eorum: vt dicit Apoſtoli ſermo: pip'ſſima. Deniq̃ plurimi noſtrorum precipui et electi viri iter quos preſbyteri nonnulli et dyachoni: multiq̃ alij de plebe conſtantiſſima et ardentiſſima fide tanq̃ ſi martyrũ tempus inſtaret miſerãdo infirmos: ſemetipſos huiuſcemodi mortibus inſerebant miſericordie ex hoc martyrium capere preſumentes. Et dum curandis egris: defunctis exportandis humãdiſq̃ corporibus operã dabant: inſequebantur pene eos: quos ſuis humeris ad ſepulchra deuexerũt. Pagani vero contrario ſuo continuo: vt egrotare ceperant deſerebant parentes caros liberos: vxorem coniunx: filiiſq̃ nichilominus parentes ſtatim vt tremere mẽbra vidiſſent: et morbo ora pallere: domo propulſos: in plateas ſemineces eijciebant: ibiq̃ inſepulta eorum cadauera relinquẽtes vim morbi quam per hec ſe effugere opinabantur dupliciter incurrebant dum a peſtilentie rabiem etiã fetor inſepultorum cadauerum iungeretur.

¶Cap. xx. de Galieni imperio.

Refert idē dionyſius de galieni tēporib⁹ q̄ eo regnāte eccleſie dei in pace durarūt z q̄ medijs eius temporib⁹ Marcianus velut nubes q̄dam tenebroſa z tetra ſubito regni eius obſcurauerit lucem. Quo rurſum aduicē eſtiue nubis abolito: galienis nouū vt ipſe ait ex veteri vniuerſo mundo lumen effulſit. Simul enim atrocē tyrānū z regno deturbauit z vita: deſignat aūt etiā tp̄s q̄ nono anno imperij galieni hec ſcriberet. extāt z alia q̄plurima neceſſaria ſatis z admirāda dioniſij opuſcula q̄ vtilitatis plurimum legētib⁹ p̄ferāt: īter q̄ ſcripſit etiā de repromiſſionib⁹ futuris exigēte cā huiuſmodi.

¶ Cap. xxi. de nepote egyptio epō circa promiſſiōes futuras errante.

Epiſcop⁹ quidā erat in partibus egypti nepos nomine. hic iudaico intellectu de futuris repromiſſionib⁹ ſentiebat eaſq̄ corporaliter exhibēdas docebat. Et mille annis in delitijs corporalibus in hac terra ſanctos regnaturos eſſe cum xp̄o huiuſq̄ ſui dogmat' p̄bamēta: ſumptis ex reuelatione Johannis teſtimonijs conabatur aſſerere De quib⁹ etiam libellos edidit: interp̄tatiōes hmōi cōtinētes. Igit̄ dionyſius de repromiſſionib⁹ ſcribens ad hūc nepotē ſtilū ſue intētiōis obuertit: z in primo ſtatim libro ſuā ſentētiam q̄ ei de diuinis repromiſſionibus videbat̄ exponit. In ſecundo vero volumine de reuelatione Johānis differēs facit mētionē Nepotis verbis. Et cōmētarios inq̄t quoſdā p̄ferūt nepotis q̄b⁹ innitunt̄ plurimū: z per q̄s putant ineffabili quodā ſacramēto oſtēdi qualiter regnū xp̄i futurū ſit ſup terrā Sed ī alijs quidē multis ēt ego amplector z diligo nepotem vel pro fide ſua: vel p̄ eruditione et ſtudio ſcripturarū: z p̄cipue p̄ exercitio pſallēdi: q̄m quidē q̄plurimi fratrū libēter p̄ hoc ei⁹ elegere conſortia. Eſt ergo ēt michi erga eū multa reuerētia: z inde magis: q̄r iam p̄ceſſit ad dn̄m. Sed reuera plus omnibus z amāda et p̄ferēda eſt veritas: laudare op⁹ z abſq̄ inuidia amplecti ſi quid recte dictū eſt Diſcuti vero et diſcerni ſi quid minus ſane ſcriptum eſt. Et ſi quidem p̄ſens eſſet is de quo ſermo eſt: ſufficeret ſolo ſermone diſcutere q̄ minus recte dicta videbantur: d̄s interrogatione precedente reſpōſio ſubſequēs in cōcordiam quod contrarium et diſcrepans videbatur adduceret. Ubi vero ſcripta edita ſunt: z vt videbatur quibuſdam ſatis ſuaſoria: et vbi doctores procedunt qui legem: et prophetas pro nichilo ducant: cuā

gelia non ſequanť apoſto=
loꝛuꝫ ſcripta deſpiciãt. Hos
autē ſolos libꝛos atꝗ iſtaꝫ
doctrinam velut magnum
aliquod et occultum myſte
rium venerant ac ſimpli=
ces quoꝗ fratrū noſtroꝛuꝫ
doceant nichil excelſum ni
chil magnificum ſentire de
aductu ꝛ p̄ſentia dei: ꝛ ſal=
uatoꝛis noſtri Jeſu xp̄i ne=
ꝗ de reſurrectionis gloꝛia
ꝛ noſtre congregationis in
idipſuꝫ ac ſimilitudinis re=
pꝛomiſſe ſed parua quedaꝫ
et ſemper moꝛtalia et non
alia ꝙ̄ ſunt ea que nunc vi
demꝰ ſperari ſuadent in re
gno dei. Neceſſarium vide
tur ad hec omnia reſpōde=
re fratri noſtro nepoti. Et
poſt aliquāta rurſum ſub=
iungitur hec. Et enim cū in
arſenoite eſſemus vbi mul
to iam tēpoꝛe voluebatur
iſta docrina ita vt ſciſma=
ta iter fratres et diſcoꝛdie
fierent conuocati pꝛeſbyte
ros et doctoꝛes qui erāt in
eccleſijs et publice cepi ha
bere tractatum. Simul et
cohoꝛtatus ſum fratres vt
ſi q̇d eos moueret obijcerēt
nichil verentes. Tuꝫ michi
illi vt ſcutū validiſſimum ꝛ
murū inexpugnabilē codi=
cem nepotis obijciunt. Su
ſcepi patiēter: ꝛ tribuis cō
tinuis diebꝰ reſidēs a pꝛia
luce vſꝗ ad veſperaꝫ cū ip
ſis ſingula eiꝰ ſcripta cepi
diſcutere et vnū quodꝗ q̇d
in ſe abſurdi haberet oſten
dere. Et vere ſatis admira
tus ſum patientiã ꝛ cōſtan
tiam atꝗ intelligentiã fra
trum quia conſequenter et
per oꝛdinē de ſingulis que=
ſtionibus pꝛoponebāt vali
diſſime his que a nobis re=
ſpondebantur occurrētes.
Poſt hec cū quid eſſet in ve
ro patuiſſet accōmodabāt
nichilominꝰ abſꝗ contētio
ne ꝯſenſum iudicantes hoc
ꝙ nō contintioſi quid ſemel
alio viſum fuerit om̄i id ſtu
dio ſiue contentione ſeruã
dū eſt ſed eſſe rectiꝰ tūc mu
tare ſn̄iam cū eaꝫ melioꝛ ꝛ
rectioꝛ ſuperauerit pateſa
ctis ꝛ enī codicibꝰ ſuis deo
audiebant verbū cuius ꝓ=
batio nō ex humana pſua=
ſione neꝗ ex eloquētie fu=
co ſꝫ ex diuinarū ſcriptura
rum aſſertiōe veniebat. Et
ita euidens fuit aſſertionis
noſtre ꝓbatio: vt his qui in
ter eos maximꝰ doctoꝛ ꝛ vi
te meritis p̄ſtantioꝛ habe=
bať. Coꝛacion nomine ſur=
gens in medio cunctis au=
dientibus pꝛoclamaret ꝛ ꝓ
teſtaretur neminẽꝫ debere
vltra eius doctrine facere
mentionem. Sufficere ꝙ er
ratum eſt de cetero non ſo
lum nihil hoꝛum tenenduꝫ
vel ſequendū ſed ne come=
morandū quidē de talibus.
Siquidē tã euidēs ꝛ mani=
feſta contra hec de ſcriptu
ris diuinis patuiſſet aſſer=
tio. Oēs vero reliq̄ fratres
gaudio ꝛ letitia repleti coꝛ
da pꝛo emendatione ſui in
explebiles domio gratias
referebant.

¶ Capitulum .xxij. apoca=
lipſim quis ſcripſerit a ple
riſꝗ dubitatum eſt.

Poſt aliquanta vero venītēs ad apocalipſiꝫ Johannis hec de ea ſcribit. Nonnulli ex preceſſoribꝰ noſtris penitus libellū hūc refutādum a canone ſcripturarū atqꝫ abijciendum putarūt ſingula queqꝫ eius capitula arguentes. Et dixerunt pretitulationem libri nō eſſe veram ſed aliene ſcripture. Johānis tamen nomen impoſitū. Unde neqꝫ Johānis hunc eſſe librum nec reuelationē videri poſſe: que craſſo quodā velamīe ignorātie ꝯtegat̄. Addiderunt etiā hec ꝙ nichil dignū ī ea grauitate aplīca cenſeatur ſed nec alicuiꝰ qnidē eccl̄iaſticoꝝ ſaltē virorū ſcripturā eſſe dixerūt. Sꝫ cherintū quendā auctorē cherithiane hereſeos volentē dogmatis ſui fidē aplīci noīs opinione firmare libellos a ſe cōſcripto Johānis titulū p̄tuliſſe. Deniqꝫ inquiūt cherinthi dogmata hec ꝯtinēt in terris futurū eſſe regnuꝫ xp̄i. Et qm̄ ipſe carnis ⁊ libidīs amiciſſimꝰ dicebat̄ ea in repromiſſionibꝰ futuri regni ſctīs p̄benda cenſebat q̄ ſui animi libido dictabat: vētris ⁊ voluptatis opa mēſura ciborū ſacietatē ⁊ abūdantiā poculoꝝ nuptias et cetera q̄ horū ꝯſequētiā ſeruāt. Et reparari rurſuꝫ ſperat feſtiuitates ⁊ ſacrificia iudaica victimaſqꝫ legales Ego vero quātuꝫ ad meā ſententiā pertinet ſpernere aut abijcere ſcripturam libri huiuꝫ nullatenꝰ audeo maxīe cū multi ex fratribꝰ ite mecū ſentiāt ſed hec magis de eo iudiceꝙ excedāt atqꝫ emineāt q̄ ī eo ſcripta ſunt hūane auditiōis modū ⁊ ſit in eo arcanꝰ quidā ⁊ recondinꝰ atqꝫ admirandꝰ oībus ſenſus. Quē ⁊ ego ammiror ac veneror: etiā ſi nō intelligo. Et ita ſentio ꝙ diuina aliqua ſacramēta ſermonibꝰ contegant̄ hūanis non tam iudicio meo diſcernēs q̄ꝫ fide credēs. Et ideo non reprobo que non intelligo: ſꝫ tāto magis admiror q̄to minꝰ aſſequor: poſthec vero totius libelli differens corpus ⁊ ſingula q̄qꝫ diſcutiens atqꝫ euidēter oſtēdēs nullo modo fieri poſſe vt ſecundū litterā dignꝰ in eo intellectus appareat. Addit etiā hec dicens. Cōſummata igit̄ omī prophetia btōs dicit ꝓpheta eos qui hec cuſtodiūt. Sꝫ ⁊ ſemetipm̄ beatum dixit. Ait enī beatus q̄ ſeruat verbū ꝓphetie huiꝰ libri. Et ego iohānes qui video ⁊ audio hec. Uocari ergo eum iohannē et eſſe hāc ſcripturā iohānis nō nego. Sancti nāqꝫ alicuius eſt et ſine vlla dubitatione ꝑ dei ſpiritū ſcripta etiaꝫ ſi nō ſit ille apoſtolꝰ filiꝰ zebedei iohānes frater Jacobi cuius euangeliū ſecundum iohannem ſcriptum eſt ⁊ epiſtola catholica. Utitur dionyſius plurima aſſertione diuinitꝰ quidem inſpiratam reuelationē non eſſe dubitandū et

Johannis eſſe. Non tamen
ſibi liquido videri q̄ illi⁹ ſit
Johānis qui euāgeliū ſcri=
pſit q̄ ille nuſq̄ nc ĭs ſui fe=
cerit mētionē ac ſeſe ſigna
uerit nomiātim. Hic aūt q̄
apocalipſim ſcripſit tertio
mentionez ferme nominis
ſui facit. Sed et ex ipſo ſcri
pture ſtilo diſcretionem fa
ciēs dicit potuiſſe fieri in il=
lis temporib⁹ fuiſſe ⁊ alium
aliquē iohannē vnū ex ſan=
ctis cui hec reuelauit de⁹.
B ¶Multa vero et alia
inſtructiōis eccľiaſtice mo
nimenta nobis in libris di=
geſta beatus Dionyſi⁹ de=
reliq̄t. Quoꝝ lectio magno
pere ab ſtudioſis q̄buſq̄ ex
petenda ſit. Sed iam ad hi
ſtorie ordinez reuertamur.
Sixto romane eccľie p an=
nos. xi. ſacerdotio procura
tor ſuccedit Dionyſi⁹ ⁊ De
metriano apud Antiochiā
defuncto Paul⁹ de Samo=
ſate ſacerdotium ſuſcepit.
Qui paulus abiecta ſatis ⁊
indigna de chriſto ſentiens
traditionem doctrine eccle
ſiaſtice corrumpebat dicēs
eum communis nature ho=
minem tantum fuiſſe.

¶Caplm. xxiij. de concilio
epoꝝ apd antiochiā aduer
ſus paulū Samoſatenum.

Tunc dionyſi⁹
de alexādria
rogatus veni
re ad conciliū
⁊ ſenectutis i
pedimento et
incōmoditate corporis inhi
betur. Per epiſtolā tamen
p̄ſentez ſe reddidit. ⁊ quid
fidei ac venerationis erga
xp̄m teneret expoſuit. Ce=
teri vero eccleſiarū paſto=
res diuerſis e locis ⁊ vrbib⁹
velut aduerſū latronē quē
dā xp̄i gregib⁹ inſidiantez
cōueniunt Antiocheiā. In
quib⁹ inſignes et ceteris p̄=
cellentes erāt. Firmilian⁹
a ceſarea capadocie. Gre=
gori⁹ et Anthenodorus fra
tres ponti p̄uincie ſacerdo
tes / Helenus Sardēſis ec=
cleſie ep̄us / ⁊ Nicomas ab
iconio. Et hieroſolymoruz
precipuus ſacerdos hyme=
neus et vicine huic vrbi ce=
ſaree teotign⁹. Sz ⁊ maxi=
mus. Boſtrenſis epiſcopus
dignus eorum conſortio co
herebat. Multi vero et alij
quos longum eſt enumera
re per ſingulos. Sed ⁊ pres
byteri q̄ plurimi ⁊ diacoui
ad ſupradictaz vrbem cau
ſa compeſcendi immo delē
di noui huius dogmatis cō
uenerūt. Hi ergo omnes ſe
pius in vnum coeūtes pau
lūq̄ Samoſatenū ſtatuen=
tes in medio atq̄ ei⁹ here=
ſim quam ille nunc occulta
re nunc etiā diſſimulare co
nabatur frequēti tractatu
⁊ aſſiduis diſputationibus
denudantes arguere blaſ=
phemie ⁊ publicare nitebā
tur. Nec tamen vno id aut
ſecūdo tantū cōſilio ad finē
p̄ducere potuerunt. Sed et
conuentum ſepe eſt ⁊ abſq̄
opere precium diceſſum.

¶Caplm. xxiiij. de quodaz
gregorio viro ſancto et ei⁹

mirabilibus geſtis.

Verum quoniã beati gregorij hyſtorie textus attulit mentionẽ dignissimum puto tãti viri geſta que ſub orientali: ⁊ ſeptẽtrionis pte cunctorum ſermone celebrant omiſſa neſcio ꝗ caſu huic narrationi ad memoriam poſteritatis inſerere. Stagnũ quoddaꝫ erat in ponti regionibus ſitũ piſcibus copioſum ex quoruꝫ captura ꝑdiuites reddit⁹ dñis ꝑſtabant. Iſta poſſeſſio duob⁹ fratrib⁹ ſorte hereditatis obuenerat. Sꝫ pecunie cupiditas que pene oĩm corda mortaliũ ſupat etiã fraternã neceſſitudinẽ violauit ⁊ cõueniebant a fratrib⁹ tpe captionis non tã ad capiendos piſces/ ꝗ̃ ad hoĩes decipiendos cedes ac bella mouebant humanus ſanguis ꝑ piſcib⁹ fundebatur. Sed dei ꝓuidẽtia affuit aliquãdo auxiliũ aduentuſq; Gregorij. Uidet ꝓlia ⁊ mortes virorũ furenteſq; germanos ꝗd cãe exiſteret pro qua i exitiũ ſui ſuorũq; fratres accederent inqrit nullã niſi capture piſciũ ꝯperit. Tũ ille cũ ꝓhonore aduentus ſui vtreq; ptes paululũ ſiluiſſent nolite inqt o filioli rõnabiles aĩas ꝑ multis aĩantib⁹ violare fraternã pacẽ ꝗ̃ſt⁹ cupiditate diſſoluere dei leges ⁊ nature pariter iura temerare et vnamecũ ad orã ſtagni exitialis accedite. Ego iaꝫ vos ꝑ virtutẽ dñi omĩ certamine cruẽte ꝯtentionis abſoluã. Et cũ hec dixiſſet in ꝯſpectu oĩm virgã quaꝫ tenebat in manu ad pria[s] littoris vndas defigit. Et ipſe poſitis genibus palmas tendit ad celũ atq; his verbis excelſo ſupplicat deo. Tu de⁹ patrum noſtrorũ qui cum tibi primus homo Adã peccaſſet ⁊ mandatũ tuũ preteriſſet penã culpe illius moderat⁹ ad terrã maledictiõis ſententiaꝫ detorſiſti dicens maledicta terra in operibus tuis et nunc ergo miſeratus horũ iuuenũ fraternum ſanguinẽ qui periclitantur precipe vt maledicte ſint aque iſte in operibus iſtoꝝ pro quib⁹ furore ſuccẽſi fraterne pietatꝭ oblití ſunt ita vt nunꝗ̃ in hoc loco vl' piſcis appareat vel aqua reſideat. Sed ſit campus aratri patiens ac frugũ ferax ⁊ cuſtos in eternũ fraterne cõcordie perſeueret. Simul vt ille orandi finẽ fecit ſtatim ſe vnda ſubducens ⁊ curſu velotiore fugiens a conſpectu ſuperno tuſſa diſcedere abyſſis ſuis redditur ⁊ arentẽ campuꝫ germanis iam cõcordibus derelinquit. Sꝫ ⁊ in hodiernum frugum ferax eſſe dicitur ſolum quod ante fuerat nauiũ ferax. ¶ Memoratur etiam aliud illuſtri⁹ ab eo ⁊ diuinitus geſtũ. In quodam loco ruris auguſtícuꝫ res popoſceret eccleſiã conſtrui rupes quendam vl

tini montis ex parte orietis obiecta ex alia vero preter fluens fluuius ſpacium quã cum eccleſie ſufficeret denegabat. Et cũ alius omnino non eſſet locus omneſqꝫ meſticiam agerẽt ꝙ ſolum ad conſtruendam eccleſiã nõ haberent ille fide plen⁹ pernoctaſſe in oratione dicitur et dominum Jeſum promiſſionis ſue admonuiſſe fideliter qua dixit ſi habueritis fidem ſicut granũ ſinapis dicetis monti huic tolle te ꝛ mitte te in mare ꝛ fiet vtiqꝫ Cunqꝫ hec fide plena ac deuotione depoſceret ad lucẽ coeuntibus populis inuẽta eſt rupis importuna ſeceſſiſſe tantum quantum ſpaciũ ad condendam querebatur eccleſia. B

Traduntur ei⁹ et alia ꝗplurima. Sed ne in longum videamur trahere ſermonẽ intermiſſis ceteris vnũ adhuc de eius geſtis additiam. Iter eius fuiſſe quondam per alpes dicitur hyemis tempore. Et cũ perueniſſet ad ſummum alpium iugum niuib⁹ repleta erant omnia nullũ vſqꝫ diueſoꝛium. Fanum ibi tantum apollonis erat. Cui ſuccedens tranſacta nocte diſceſſit. Sacerdos vero erat quidam Fani eius cui cõſulere ſimulachrũ Apollonis mos erat ꝛ reddere reſponſa poſcentibus ex quo ei etiam alimonie queſtus eſſe videbatur. Igitur poſt digreſſum Gregorij offerre conſulta ꝛ reſponſa poſcere ſacerdos acceſſit ex more: nichil inde reſponſum veniebat. Repetit victimas ſilentium permanet. Iterum atqꝫ iterũ litatur ſurdis ingerit fabulam. Cunqꝫ ſtupore noui licencij eſtuaret ſacerdos noctu ei aſſiſtens demoniũ dicit in ſomnis: Quid me illic inuocas quo iam venire non poſſum Perco intanti cauſam aduentu ſe Gregorij dicebat expulſum. Quid nunc remedij daretur cum perquireret ait. Non aliter ſibi licere ingredi locum niſi Gregorius permiſiſſet. Quibus auditis/ ſacerdos occupat viam: multa apud ſemetipſum voluens atqꝫ animo recurſante pertractans peruenit ad Gregorium adoꝛtuſqꝫ eum rem pandit ex oꝛdine humanitatis ſue atqꝫ hoſpitalitatis admonet: q̃relam depulſi numinis promit adeptam facultatem ſui queſtus deploꝛat ac reddi ſibi omnia in priſtinum ſtatum depoſcit. At ille nichil moꝛatus ſcribit epiſtolam in hec verba. Gregori⁹ appollini Permitto tibi redire ad locum tuum ꝛ agere que conſueuiſti. Hãc epiſtolam ſacerdos accipit et ad fanũ defert. Poſitaqꝫ ea iuxta ſimulachrũ affuit demon ꝛ dedit reſponſa poſcẽti Tum ille in ſemetipſum conuerſus ait. Si gregorius iuſſit ꝛ de⁹ iſte diſceſſit nec potuit redire niſi iuſſ⁹ ꝛ

rio tranſactis aureliano rerum apicē dereliquit. Huiꝰ temporibus vltimum apud antiochiam epiſcoporū concilium cōgregatur. In quo paulus arguitur manifeſteqꝫ conuincitur hereticus et damnatur ab omnibus que ſub celo ſunt eccleſiis chriſti inſiſtente plurimum et diſceptationibus validiſſimis perurgente. Alchione presbytero Antiochene eccleſie viro fideliſſimo et omnibꝰ virtutibus adornato cui accedebat etiam hoc ꝙ erat diſſertiſſimꝰ et potēs in verbo atqꝫ in omni eruditione perfectus. Deniqꝫ oratoriam in eadem ipſa vrbe docuerat. Huic igitur ab omni epiſcoporum conſilio permittitur diſputatio cum paulo excipiētibꝰ notariis que ita manifice ab eo ⁊ accurate habita eſt vt ſcripta ederetur ⁊ nūc quoqꝫ i ammiratione ſit omnibꝰ. Solus etenim potuit diſſimulātem et occultātem ſe paulū confeſſionibus propriis publicare. Quibus ita geſtis communi conſilio vniuerſi pariter ſacerdotes ſcribunt epiſtolam ad perſonam dionyſii epiſcopi vrbis Rome ⁊ maximi alexādrie epiſcopi que per omnes mitteretur eccleſias per quā cunctis et ſuam diligentiā comprobarent ⁊ pauli hereſim confutatam eſſe atqꝫ deiectam in vniuerſorum noticiam peruulgarēt. Simul etiam que cum eo queſtiones habite ſint indicant. Sed et vitam ipſius in tēperatam pariter moreſqꝫ deſcribunt. Ex quibus pauca aliqua inſerere huic operi noſtro dignū iudicauimus. Dionyſio ⁊ maximo ⁊ omnibꝰ qui per vniuerſum orbem ſunt ſacerdotibus et coepiſcopis cū vna presbyteris et dyaconibus atqꝫ omni eccleſie catholice que ſub celo eſt henus ⁊ hymeneus Theophylꝰ theotignus maximus proculus nicomas helianus paulus bolaſus protogenes lerax euticius theodorus malcion lucius presbyteri: ⁊ ceteri omnes qui nobiſcum congregati ſunt ex vicinis vrbibus et gentibus epiſcopi et presbyteri et dyaconi dilectiſſimis fratribus in domino ſalutē. Et poſt pauca addiderunt mittentes hanc epiſtolam. Deprecamur omnes vt ſi ꝗ forte tali doctrina īfecti ſūt curantur a vobis ſicut ⁊ beate memorie vir dionyſius alexandrinus ⁊ firmilianus ex capadocia iam priꝰ ſcripſerant ad antiochie plebē dedignantes immo potius declinantes ad pſonā ipſiꝰ. ſcribere qui erat auctor erroris. Ipſe autem beate memorie firmilianus cū adhuc ſupereſſet. Secundo affuit ⁊ preſens eū arguit ac notauit ſicut oēs nouimus: et teſtamur qui ſimul cum illo veneramus. Sed repromittente eo corrigere errorem credidit: ſperans poſſe fieri vt abſqꝫ religionis noſtre opprobrio ⁊ diſſenſionū notares veniret in melius.

Et ideo diſſimulauerat cu3 tamen paulus dolo differ- ret et hominem quidem fal leret deum autem negaret ac fidem in qua renat⁹ fue- rat violaret. Denique ⁊ nunc beatus firmilianus venie- bat antiochiam: ⁊ cum tar- ſum vſque perueniſſet et nos omnes antiochie poſiti ad uentum illius operiremur: nunciatus eſt nobis exceſſiſ ſe de mundo.

B ¶ Poſt aliquanta vero deſcribentes eius vitã mo- reſque adijciunt etiam hec. Poſtea vero ꝙ a doctrĩe re gula ad aliena ſe dogmata et adulterina cõuertit non op⁹ eſt enumerare act⁹ ei⁹ priores: quomodo cũ prius egẽs fuerit ⁊ pauperrimus neque ex parentum ſucceſſio ne neque vllam queſtus occa ſionem habuerit honeſtam nunc ad ſummas diuitias p uenerit non aliunde niſi ex ſacrilegijs. Et ex his que p fraudem diripuit concutiẽs fratres vẽdens patrocinia et fidem negociorum ſuſce- ptorum nec accepta merce- de cuſtodiens. exiſtimãs ſe cundum quod ſcriptum eſt queſtum eſſe pietatem. Su perbiam vero eius quis fer re poſſet cum ſe magis du- cenarium ꝙ epiſcopum vi- deri vellet. Nam et ince- dens per plateam tali qua- dam ambitione vtebat: pu blice epiſtolas relegẽs atque in auditu omnium et oculis dictans aſſiſtentibus ſibi in platea notarijs: Directio q̃que preter euntium et conſtipa- tio inſequentium quampluri rima querebatur: ita vt om nes qui videbant horreſce- rent et deteſtarentur per il- lius arrogantiam religio- nem diuinã. Hec in publico Intra eccleſiam vero tribu nal ſibi multo altius ꝙ fue- rat extrui et thronum in ex celſioribus collocari iubet. Secretarium quoque ſterni et parari ſicut iudicibus ſe- culi ſolet. Uerbum vero fa- ciens ad plebem iactare ſu- pra modũ dexteram ac pal mam femori illidere: pede quoque ſubſaltare ac ferire ſcabellum cum ſonitu. Ab auditoribus vero non fauo rem neque plauſum ſperare ſolum: ſed theatrali more oraria moueri ſibi expete- bat: ⁊ voces tanꝙ de caueis dari. Hec non ſolum a viris Sed etiam a mulieribus in decẽter expectabantur. Si quis vero auditorum hone ſtius et verecundius agens a clamore nimio temperaſ- ſet: velut iniuriam faciens patiebatur iniuriam. Sed ⁊ antiquis et defunctis iã tra ctatoribus inſultabat: et il- lis derogãs ſuas laudes in verecunde impudẽterque ia ctabat: rhetorem ſe magis ꝙ eccleſie doctore3 laudari cupiebat. Pſalmos vero qui in dominum noſtrum ieſum chriſtum dicebantur ceſſare fecit: velut Neotericos ⁊ nu per inuentos. In ſemetipſum vero compoſitos diebus pa ſche in medio eccleſie cane- re mulieres maxime quas ipſe prius ad canẽdum pro-

more īſtituerat faciebat. ita vt horreſceret ſi q̄s audiret. Nā cum ipſe filium dei negaret deſcēdiſſe de celo. Sed a maria cepiſſe ⁊ ſitiuꝫ habuiſſe de terra pſalmi qui in ipſum dicebantur ⁊ quibus ī populo laudabatur angelum eum dicebant deſcendiſſe de celis. Et hec ipſe aſſiſtens ⁊ audiens nō ſolum dici non prohibebat/ ſed elato ſupercilio delectabatur audire. De mulieribꝰ vero q̄ cum ipō ſimul manebāt quas ſymcūctas anthioceni appellāt quid opꝰ eſt dici. Ex quarum ſocietate et conturbernio/ vt ſibi nulla queſtio moueret etiā preſbyteris ⁊ diaconis ſuis his dumtaxat qui ei moreꝫ gerebant habitandi mulieres ſecum ſimilem licentiaꝫ dedit. Sed et congregandi diuitias. tribuit facultateꝫ quo ipſi in ſimilibus obnoxii magiſtro neq̄q̄ crimen ī pingerent. Nos autē idcirco hec ſcribimꝰ fratres charisſimi: quia nouimus ꝙ ſacroſanctuꝫ debeat eſſe epiſcopale ſacerdotiū quod ⁊ clero et plebei eſſe debeat exemplo. Neq; enim ignoramus quoſdam dum icautius ſibi ad cohabitandum iungunt mulierculas cecidiſſe. Quod etiam ſi nō fiat/ certe ī ſuſpitionem venire de talibus ſacerdoti grauiſſimum ē. Quomodo autem vetare poterit eos qui infirmiores ſunt a mulieruꝫ conſortio quibꝰ ex his que gerit auctoritatem prebet. Tantus vero ac tam immitis ſuis fuit in potentatu et ita ſpecie quadam tyrannidis elatꝰ eſt vt ne ad arguēdum quidem quiſquam vel accuſandum auderet accedare. Sed et que diximus: condemnari poſſent etiam in eo qui fidem catholicam ſeruat ⁊ in eccleſiaſtici dogmatis veritate perdurat. Hic vero qui abiurato fidei miſterio ad pollutiſſimaꝫ ſe arcem: et hereſim contulit (neceſſarium enim fuit etiā partem erroris ipſius deſſignari) quomodo habendus vel quomodo execrandus eſt.

C ¶ Et poſt multa in fine epiſtole addūt etiā hec. Igitur, neceſſarium, viſum eſt hunc reſiſtentē deo: neq; acquieſcentem vere fidei abiici et abiurari. Aliū vero pro ipſo eccleſiie catholice cōſtitui epiſcopū per dei gratiā prouiſum filiū beate memorie demetriaꝫ: qui huic ipſi eccleſie inculpabiliter prefuit. Domnum nomine virum omnibus bonis ornatū. Indicauimus autē vobis de eo vt ſciatis ad ipſum vos ſcribere debere. et ab ipſo communionis ſcriptā ſuſcipere. Hic autē qui indignus habitus eſt eſſe in eccleſia catholica/ anathema ſcribatur: ⁊ illius hereſeos ſectatores excommunicētur. Domno igitur in epiſcopatū ſubrogato/ Paulus a ſacerdotio abſciſus ⁊ com

munione cũ de domo eccle=
ſie nollet exire interpellat⁹
imperator aurelianus reli=
gioſe ſatis de hoc ſcte͂qꝫ de=
cernit his precipiens eccle=
ſie domum tradi quib⁹ ita
lie ſacerdotes ⁊ roman⁹ epi
ſcopus ſcriberent. Et iterũ
ꝓdict⁹ paul⁹ ad cetera ma
la etiam hoc decoris acquiſi
uit vt manu publica de eccle
ſia pelleretur. Et tũc quidẽ
talis erga nos exiſtebat au
relianus Proceſſu vero tem
poris immutare ꝓpoſiti ſui
bonum cepit ⁊ malis conſi=
liis deprauatus perſecutio
nẽ erga dei eccl'ias medita
ri eo vſqꝫ vt dicat̃ q̄ dictat ʒ
iam lr̄is ⁊ ſcriptis cũ ſupeſſet
ſola ſubſcriptio diuina dex=
tera interueniẽs ſubſcripti
onem nefande dextere de=
turbauerit. morte etẽim ſu=
bita cõdẽnatur q̄ de piorum
morte cenſebat: vt oſtende
ret deus q̄ nõ cum voluerit
tyrannus cruciamur ſed cũ
probauerit ipſe corripimur
Igitur ſex annis aurelian⁹
cũ gubernaſſet. principatuꝫ
Probus poſt hunc ſuſcepit.
Cui tãtundẽ tẽporis explet
ſet imperium. Charus vna
cum filiis carino ⁊ numeri
anno ſuccedit. A quib⁹ tri
bus annis nec plenius Ro=
mano regno adminiſtrato
Diocletianus ſuſcepit prin
cipatũ. Hic vero maximas
in noſtros perſecutionis et
eccleſiarũ ſubuerſiones mo
litus eſt.

Huic quaſi ſimi= lẽ; habetur in hyſtoria trip. libro. vii. c. xxxvi a. in fine.

¶ Capitulum. xxvi. de ma=
ne a quo manicheorum he=
reſis oritur.

Sed paulo an
te q̄ hic iperiũ
ſumeret in vr=
be Roma defũ
cto dyoniſio p⁹
nouẽ annos ſa
cerdotii felix ſuſcepit ſedẽ.
Quo tempore manes qui=
dam ſecundum nomen ſuũ
inſanies et inſtinctu demo=
nis agitatus inuiſam ⁊ exe
crabileꝫ omnibus hereſim
docet. Hic autẽ manes gẽ=
te perſes vita ⁊ morib⁹ bar
bar⁹ fuit tam acer ingenio
vt inſanire vel demone adi
pleri videret̃. Deniqꝫ vt rei
exit⁹ docet xp̄i ſe nũc gere=
re formã conabat̃ oſtẽdere
nunc ipm̄ ſe eſſe paraclituꝫ
ꝑdicabat elat⁹ inſania ad
ſimilitudinem chriſti duode
ci diſcipulos eligens ad ꝑdi
canduꝫ mittebat dogmata
ſtulta ⁊ ipia adiuerſis here
ticis qui, iam prius extincti
fuerãt mutuata diſſeminãs
⁊ noſtro orbi. Perſica vene
na propinans. Ex hoc ergo
Manicheorum hereſis vſqꝫ
in hodiernũ diffunditur: eo
tempore exorta quo. Felix
in vrbe roma eccl'e preerat
Qui per quinqꝫ ãnos admi
niſtrato ſacerdotio euticia
no ſedem reliquit. His deceꝫ
menſib⁹, ſolis trãſactis gaio
epatũ tradidit. Qui noſtris
iam temporibus quindecim
annis ſacerdotio perfunct⁹
Marcellium ſucceſſoreꝫ re=
liquit. Quem iam pſecutio=
nis tempus inuenit.

¶ Cap̄. xxvii. de anatholeo
viro eruditiſſimo eiuſqꝫ ſub

tili induſtria qua Alexandriã ciuitatẽ fame pariter abſoluit ⁊ bello: et quid ipſe de paſcha ſenſerit.

E A tempeſtate apud antiochiam ſacerdotiũ poſt denũ ſuſceperat timeus. Poſt timũ vero Cirillus. Cirillo autẽ ſucceſſit Dorotheꝰ. Qui ad noſtram: vſq; memoꝛã perdurauit: vir eruditiſſimus et in ſcripturis diuinis ſatis intentus: qui pro multa diligentia: etiam hebreã linguam didicerat. Greca autem eruditiõe liberali a puero fuerat inſtitutus. Is eunuchus a natiuitate fuit Ex quo etiam imperator i ammiratione eum humerat: ⁊ honoꝛem ei contulerat purpure prepoſituram Huius etiã nos cũ in eccleſia ſcripturas exponeret auditores in pueritia fuimus. Poſt hunc autẽ tyrannus apud antiochiã ſacerdotiũ ſuſcepit: ſub quo eccleſiaꝝ ꝑſecutio increuit apḋ Laodiciũ poſt Socratem: Euſebius/ Alexandrinꝰ genere epŝ fuit. Qui in cauſa pauli Samoſateni ad partes ſyrie cũ veniſſet ꝙ eſſet in ſcripturis diuinis eruditus a fratribus ſtudioſis velut theſaurus quidam repertus: vltra nuſquã abire permiſſus eſt: ſicut dionyſiꝰ i epiſtolis ſuis ſcribit. Huic quoq; anatholius ſucceſſoꝛ vt aiũt bonus boni extitit. Qui ⁊ ipſe genere Alexandrinus erat. eruditione vero liberalium litterarum ⁊ i philoſophicis a puero ap prime eruditus: ita vt apḋ Alexandriam dialecticam docere ab omnibus eruditis viris ⁊ philoſophicis cogeretur. Huc etiam belli tẽpoꝛe quod inter ciues exoꝛtum eſt apud Alexãdriam ferunt multa bona ciuibus in conſilijs ꝓuiſionibꝰ pſtitiſſe. Ex quibꝰ vnum tãtum modo factũ breuitatis cauſa memoꝛabo. Frumentum aiunt cuꝫ deeſſet obſeſſis: et fames grauius ꝙ̃ hoſtis vrgeret/ tertia pars cum due ſeinuicẽ impugnarent erãt populi ſeparata: ꝗ quaſi fidẽ romanis ſeruabat. In ꝗ̃ parte tunc etiã ſupradictꝰ Anatholius erat abſq; impugnatione. Hic ad magiſtrũ militie refert/ eumq; de famis neceſſitate que obſeſſis acciderat edocet et impetratam gratiam ciuibus defert. eamq; hoc modo diſtribuit. Primum quidem vtraſq; partes inter ſe diſſidentes alloquitur ac romanis redire in gratiam ſuadet. Sed cum reluctantes videret/ hoc ſaltem inquit credo vos libenter accipere/ vt omnem noſtroꝛũ manum imbellem qui belli quidem nobis nequaꝙ̃/ ſibi tamen neceſſario particeps ẽ exire poꝛtas ſinatis. Conſilium ab vtraq; parte gratanter acceptuꝫ eſt. Decernunt imbellum manũ egredi caſtris debere. Data occaſione/ omnes pene quos

rio autũnalis. Legi ⁊ in eo
rũ libris alia multa de his
validiſſimis aſſertionibus
expoſita: que euidẽter oſtẽ
dant paſche ſolẽnitatẽ om
ni genere poſt equinoctiũ
celebrandam. Multa ⁊ alia
preterea non ſolum religio
ſis viris: ſed et philoſophis
ammirãda ſcripta anatho
lius dereliquit: quibus ſalu
taris eius eruditio ſcire vo
lentibus innoteſcat. Huic
primus theotegnus ſacer-
dotium Ceſaree tenens in
epiſcopatum manus impo
ſuit et viuens ipſe ſibi cum
ſucceſſorẽ ſue cathedre ſta
tuit. Unde ⁊ aliquãto tem
pore pariter cũ ipſo Theo
tegno Ceſarienſi eccleſie
prefuit.

¶ Cap. xxviii. de nobilibus in eccleſia viris quorũ ali-quãti vſqꝫ ad ſcriptoris memoriam perdurarunt.

Sed cum aduer
ſum paulũ Sa
moſatenũ An
thiochiã cõue-
niretur ad con
cilium: preter-
gredientem anatholiũ de-
functo euſebio Laodicẽſis
eccleſia vi ſibi vendicauit
epiſcopum. Poſt quem vlti
mus vſqꝫ ad perſecutionis
tempus apud Laodiciam
Stephanus eccleſiam gu-
bernauit. Et ipſe eruditio-
ne et eloquentia prioribus
non inferior: ſed fidei virtu
te longe diſſimilis: ſicut per
ſecutionis ignis probauit.
Nichil enim philoſophie
in neceſſitate tẽtatidis oſtẽ
dit: ſed non continuo in illiꝰ
infirmitate: dei paupertas
oſtẽditur. Poſt huius nãqꝫ
caſum prouidit deus eccle-
ſie illi epiſcopum theodotũ
nomine. virum non ſolum
verbis: ſed rebus ⁊ virtuti-
bus ornatum. Hic arte qui-
dem medicꝰ fuit: ſed ad ani
marum a domino tranſla-
tus eſt medicinam. Uere in
cõparabilis qui ſuper om-
nes pene homines: fide mi
ſericordia ſtudio vigilãtia
atqꝫ omnibus optimis inſti
tutionibus claruit: in ſcri-
pturis quoqꝫ diuinis laborẽ
ꝙplurimũ geſſiſti interea
apõ ceſareã Paleſtine theo
tigno cũ epiſcopatũ ſoller-
tiſſimo peregiſſe: Agapius
ſuccedit. Qui ⁊ ipſe multo
labore multaqꝫ diligentia
in gubernatione populi ad
hibita ⁊ precipue erga indi
gentes paterna prouiden-
tia ferebatur. A quo et vir
per omnia prudentiſſimus
vita eruditione moribus
adornatus Pamphilus ec-
cleſie ipſius pſ byter ſubro
gatur. Sed iſte pamphilus
quisve ſit et quãtus et vn-
de oriũdꝰ qm nõ erat dignũ
breuiter trãſcurrere: omnẽ
eiꝰ vitam inſtitutionemqꝫ a
puero: ⁊ quãta in ꝑſecutio-
nibꝰ ꝑ diuerſas confeſſiões
ptulerit: quoſqꝫ agones de
ſudauerit. ⁊ qͣliter ſuꝑ oĩa
coronã martyrũ adeptꝰ ſit:
ꝓprio id opuſculo cõphẽdi-
mꝰ. De hoc ergo ꝙ mirabi
lis fuerit: illa lectio doceat.
Sꝫ ⁊ alios ꝙplurimos per
illud tẽpus admirabiles: in

preſbyteris viros noſtri iā memoria tenet. vt apd̄ alexandriam hieriū. Meletiū vero apud pōtum: qui epūs poſtmodū factus eſt. Sed hierius quidē acer ingenio in diuinis ſcripturis nobiliter erudit⁹: vita puriſſim⁹: atq; ad xpianam philoſophiam nudus. Et penit⁹ expeditus doctor eccleſie incomparabilis priuatim et publice mirabiliter diſputans. Melet⁹ vero tāte fuit ſuauitatis in morib⁹ ⁊ tāte dulcedinis: vt Mel attitur a ſodalibus vocaretur. In omni eruditiōe perfectus ī rethoricis talis erat: vt aliis ſtudiis nunquā vacaſſe putaretur in cunctis vero philoſophie generibus: que in quinq; diuidunt diſciplinas ita erat p ſingulas cōſummat⁹ vt cū in vnaquaq; qs experiri voluiſſent: in hac eū ſola a puero habuiſſe exercitiū iudicaret. Cūq; eēt eruditionū p̄rogatiua magnific⁹. ⁊ virt⁹ tamē animi ⁊ vite ſinceritas lōge in eo magnificētior habebatur. Quē nobis perſecutionis tē pore in fuga ꝓpoſitū apud paleſtinā: diligentius ⁊ plenus agnoſcere licuit. Igitur hieroſolymis poſt hymeneum de quo pauloante memorauimus zapdas ſacerdotiū ſuſcepit. Qd̄ paruo tēpore amminiſtratū hermoni poſt ſe tradidit. Hic vſq; ad noſtri tēporis perſecutionem: apoſtolicā in ibi quā ſuſceperat cathedram conſeruauit apud alxādriā vero maximo qui ſucceſſerat Dionyſio: cum decem ⁊ octo annis ſacerdotiū tranſegiſſet theonas ſuccedit cuius tēpore Achillas eiſdē eccleſie preſbyter: eccleſiaſtice ſcole magiſteriū tenuit eruditione ſiqe conuerſatione et moribus in ſignis. Theonas vero cū decē ⁊ nouē annis ſacerdotiū inculpabiliter miniſtraſſet: ſedē tradidit Petro viro inter ꝑcipuos egregio. Hic duodecim annos in epiſcopatu illi⁹ vrbis eregit. Quorum tres ante perſecutionem reliquos vero nouem: diuerſis in tentationum generib⁹ duxit. Cūq; ſemper in omni agone perſecutionū poſitus: artioribus ſe vinculis cōtinētie diſtringeret: ⁊ ad vtilitatem atq; inſtructionem eccleſie ī verbo dei nobiliter inſiſteret: ſatiſq; vigilāter erga omnem ſacerdotii curem diebus ſudaret ac noctibus: nono perſecutionis anno epiſcopatus vero ſui duodecimo martyrii coronam capitis obtruncatione ꝓmeruit. Huiuſq; ſucceſſiōes epiſcoporū geſtaq; diuerſa a domini ⁊ ſaluatoris noſtri natiuitate vſq; ad tempus perſecutionis in qua eccleſie quoq; deſtructe ſunt: hyſtorie mandauimus. De reliquo vero agones martyrum quos ipſi p noſmetipſos vidim⁹ deſcribentes: poſteris ad memoriam relinquamus.

¶ Explicit liber ſeptimus.

Incipit liber octauus.

[A]Poſtolorū ſucceſſionibus intra. vij. libros a nobis cõcluſis in octauo volumine dignū credidi etiam ea que nr̄is tẽporibus geſta ſunt poſterioꝝ memorie derelinq̄re: et hinc iam nobis ſermo ſumat exordium.

Cap. j. q̄ iuſto dei iudicio dira in chriſtianos perſecutio ſub diocletiano orta eſt.

[E]Tenim ante noſtri temporis perſecutionem q̄ mirabiliter q̄ magnifice p vniuerſum mundū ſermo xp̄i ⁊ pietatꝭ doctrina ꝓfecerit: ⁊ inquātū ſublimitatis aſcenderit. enarrare vires noſtras ſuperat. Noſci tamē ⁊ ex hoc poſſibile eſt q̄ aliquanti ex principibus Romanis: ⁊ facultatem reddēdi prouincias: iuriſq̄ dicēdi noſtris p̄bebant. Et cõiugibus ac miniſtris atq̄ vniuerſe domui ſue non ſolum credere in dominū noſtrum Jeſum chriſtū: verum ⁊ cū omni fiducia ac libertate in fide agere ſinabāt: ita vt illos ſibi fideles ac familiares ducerent de quibus certi erant q̄ p fide xp̄i nichil perfidū ſaperent. Sicut fuit opinatiſſim⁹ ille dorotheus in cubiculo regum: qui ꝓpter fidem domini fideliſſimus ī omnibus habebatur. Unde ⁊ cūctis preferri ⁊ honore meruit: et amore. Cum quo et Gorgoni⁹ ceteriq̄ cum ipſis in domino fideles vel qui intra palatium ī ſummis honoribus erant vel qui ad prouincias gubernandas preferri ceteris fidei contemplatione merebātur. Jam vero multitudines coeūtiū intra eccleſias populorū ⁊ precipue in diebus feſtis innumerabiles cateruas per loca ſingula confluentes: quis digne poterit explicare: cum ne ipſa quidem antiqua receptacula ſufficerent: ſed quotidie orationum domus dilatarentur: ita vt amplitudo earum concludere inſtar vrbium videretur. Sic per tempus plurimum eccleſiarum ſtat⁹ incrementis proſperioribus augebatur: et gloria earum terris excedens ⁊ cuncta ſupereminēs feſtinare videbatur ad celū. Nulla enim occurrebat inuidia: nullus liuor nequiſſimi demonis obuiabat: quoniam quidem celeſtis dextere fulciebatur auxilio populus etiam tum bene de deo pro pietatis cultu ⁊ iuſticie obſeruatione promeritis.

B Uerum vbi ex multa libertate multaq̄ indulgentia viciati ſūt mores ⁊ diſciplina corrupta eſt: dum alter alteri inuidemus: et alter alteri derogam⁹. dumq̄ nos inuicē mordem⁹ ⁊ incuſamus ⁊ aduerſum noſmetipſos inteſtina prelia cõmouemus: dum verborum iaculis proximorum corda terebramus dum principes cū principibus populi cum populis: ſediciones certamina concitam⁹ dum ſimulatio in vultu dolus in corde fallacia profertur in verbis: et malorum per ſingula cumulus intumeſcit: diuina ꝓuidētia iacturam diſcipline: populo ſuo illatam ex plurima pace ⁊ nimia ſui lenitate perſpiciens: ag=

greditur primo ſenſim refrena=
re lapſātes ⁊ integro adhuc eccle
ſie ſtatu ꝯgregationibuſq; manē
tibus indulget interim eos q̄ erāt
in militia tantum gentiliū perſe
cutione pulſari. Sed cum nullus
ex hoc clemētie eius intellect⁹ po
puli s redderetur: quin potius velut
ignorantes deū: ab quo diuina ꝓ=
uidentia res agi ducerent. ⁊ per
hoc eo magis perſiſterēt ī malis
ſuis atq; ipſi q̄ duces populi vide
bantur ⁊ principes: diuini mādā=
ti immemores effecti: aduerſum
ſeinuicē cōtentionibus: zelo. liuo=
re: ſuperbia: inimicitijs atq; odijs
inflāmarētur: ita vt tyrānidē po
tiuſq; ſacerdotiū tenere ſe crede
rēt chriſtiane humilitatis ⁊ ſince
ritatis obliti: ſacra miſteria ꝓ=
phanis mētib⁹ celebrarēt. Tunc
demū ſcd͂m vocem hieremie pro
phete obſcurauit dn̄s in ira filie
ſyō: ⁊ deiecit de celo gloriā iſrael
nec rememorat⁹ eſt ſcabellum pe
dū ſuorū in die ire ſue. Et ſicut ite
rum dicit. Submerſit dn̄s omnē
decorē iſrael. ⁊ oēs macerias ei⁹
deſtruxit. Et rurſum ſicut dicit in
pſalmis. Deſtruxi teſtamētū ſer
ui ſui: polluit ī terra ſanctifica=
tionē ei⁹ eccleſiarūſcz ſubuerſio
nē. Et deſtruxi oēs macerias ei⁹
poſuit munitiōes eius timorē. di=
ripuerū populū eius omnes qui
trāſierūt per viā: pro quib⁹ cun=
ctis opprobrium facti ſumus vici
nis noſtris. Exaltauit cū dexterā
inimicorum noſtrorū ⁊ auertit
adiutorium gladij ſui ⁊ non adiu
uit nos in bello: ſed ⁊ deſtruxit eū
ab emundatione: ⁊ thronum eius
eliſit in terra. Paucos fecit dies
noſtros ⁊ ſuper omnia effudit ſup
nos ꝯfuſionē. Sūma nāq; malorū
nobis affuit omniū. tunc cū dom⁹
orationis et eccleſie dei viui ad
ſolum deducte ſunt atq; ab ipſis
ſubuerſu ſunt fundamētis. Diui
ne vero ſcripture in medio pla=
tearū igni cremate ſunt. Prone=
phas ipſi hec noſtris vidim⁹ ocu
lis. Sacerdotes domini ⁊ paſto=
res eccleſiarum publice denuda=
tos: inuerecūde: ⁊ inhoneſte huc
atq; illuc ab impijs trahi: ita vt
cōpelleretur ille ſermo ꝓpheetic⁹
qui ait. Effuſa eſt cōtumelia ſup
principes et ſeduxit eos in inuio
⁊ non in via. Sed nō eſt noſtrum
deſcribere: quanta in ſacerdotes
dei iniuriarū genera cellata ſūt.
Sicut ne illud quidē noſtrū duxi
mus exponere ſingulatim quāta
prius inter noſtros rabies diſſen=
tionis exarſerit. Hoc ſolū hyſto=
rie tradere licuit q̄ iuſto dei iudi
cio ⁊ neceſſaria correptiōe: diui=
nā ſenſim⁹ manū. Neq; enī refert
in mediū ꝓferre: ꝑ quib⁹ vel tur=
bo perſecutiōis inuect⁹ eſt: vel q̄s
q̄ntoſq; īfidelitatis ꝓcella ſubmer
ſerit. Sed illa ſola ꝯmemorabo: q̄
vel nos ipſos dicentes: vel alios
edificent audientes. Propter qd̄
hinc iam diuinos agones beatiſſi
morum martyrum breuiter ī q̄n=
tum poſſumus explicabimus.

¶ Cap̄. ij. de diriſſimis diocletia=
ni in rem xpianam edictis.

Onus decimus age
batur annus impe=
rij Diocletiani: mē
ſis martius ⁊ dies
ſolēnis paſche im=
minebat: cū edicta
principis p omnē terrā ꝓponebā
tur: vt cūcte q̄ vſq; ſunt eccl'ie ad
ſolū vſq; deſtruerent. Scripture
ſacre igni exurerent. Si q̄s inter
noſtros alicuius honoris prero=

gatiua muniret̃ ſublata hac ma-
neret infamis. Si q̃s ſeruorũ per
manſiſſet xp̃ianus libertatẽ ꝯſeq̃
nõ poſſet. Hec oĩa his q̃ primo ad
uerſuȝ nos lata ſunt continebãn-
tur edictis.

¶Capitulũ.iii.de pſecutio-
ne diocletiani in generali.

NOn multo poſt vero
tp̃is addunt̃ et alia
iubetur vt oẽs q̃ per
loca ſingula eccl'iis
preſunt p'io quideȝ
ꝯſiciant̃ in vincula.
tum deĩde oĩbus ſupplicii's ſimu-
lacris imolare cogantur. Hinc ve
ro ingens ſpectaculũ ſacerdotes
dei effecti ſunt huic mundo et an-
gelis ⁊ hominib⁹ cũ perſecutoꝝ
crudelitate ad ſupplicia raperẽ-
tur: ⁊ agones mirãdos oĩbus de-
ſudarent. Illos autẽ qui ⁊ multo
plures fuerũt quos met⁹ oppreſ-
ſit ⁊ ante congreſſionẽ ſolus ter-
ror eliſit p̃terire melius duco. Ce
teri vero quoꝝ mens p̃ptior ⁊ fi
des validior fuit tormenta patie
bant̃ flagris/alii diſcerpebãtur/
alii vngulis fodiebãtur/ alii igni
tis laminis vrebantur. Ex quib⁹
nõnulli quidem fatigati cedebãt:
alii vſq; ad finẽ patientiã ꝯſerua
bãt. Ex ipſis aũt pſecutorib⁹ qui
dã tanq̃ miſeratione vſi adhibe-
bant nõnullos nr̃oꝝ ad inceſta ſa
crificaſſent cõclamabãt cũ nõ ſa-
crificaſſent. De aliis vero cuȝ ne
appropriaſſent quidẽ ĩdignis ho
ſtiis acclamabãt ipi q; iã ĩmolaſ
ſent ⁊ abſcedebãt in eo tantũ cul-
pabiles q; crimen ſibi obiectũ cũ
ſilentio paterẽtur. Alii ſemiui ſu
blati tanq̃ mortui ꝓiciebãtur.
Alii pedib⁹ tracti inter eos q̃ ſa-
crificaſſent deputabãtur. Aliqui
ſane clamabant ingẽti voce/⁊ te-
ſtabant̃ ſe nõ ſacrificaſſe/ ſed eſſe
xp̃ianos tali ſe gaudẽtes ꝯfeſſio-
ne decorari. Nõnulli etiã maiore
fiducia neq; ĩmolaſſe ſe neq; vnq̃
ĩmolaturos eſſe teſtabant̃. Qui-
bus tñ ab aſſiſtentib⁹ militib⁹ ora
ꝯtinuo atq; oculi ꝯtundebant̃ vt
tacerẽt violenterq; expellebant̃
tanq̃ acq̃euiſſent. Tm̃ erat ipiis
ſtudii vt ꝓpoſitũ ſuũ viderent̃ im
pleſſe. Sȝ nõ aduerſum btõs mar
tires impune hoc facere licebat
quorum patientie ⁊ magnanimi
tatis virtute quãuis null⁹ digne
proferat ſermo tamen pro medio
critate viriũ noſtrarũ que poſſu-
mus enarrabimus.

¶Capitulũ.iiii.de eodem.

IGitur primo oĩm q̃ñ
ſicut dixim⁹ ignis hu
ius exordiuȝ inter ſo
los militares parua
ſcintilla conflauerat
cum delegerentur ſi qui eſſent in
ter milites xp̃iani/ vt aut immo-
landum ſibi ſcirent aut militiam
pariter vitãq; ponendaȝ plurimi
ex ipſis militiaȝ ꝓ fide xp̃i pauci
etiã aĩas poſuere. Cũ vero inde flã
ma ſumens initiũ tota per popu
los ⁊ ſacerdotes exagreſſet incen
dia poſſibile nõ eſt numero comp̃
hendi quanti quotidie pene ꝑ ſin
gulas quaſq; vrbes ⁊ prouincias
martires efficiebantur.

¶Capitulũ.v.de pſecutione dio-
cletiani apud nicomediã ⁊ nobili
vnius xp̃iani facto.

ETenim apud nico-
mediam vir quidaȝ
de nobilibus hono-
re et dignitate ſcli
illuſtriſſim⁹ ſiti vt vi
dit aduerſũ cultores
dei ĩ foro crudelis edicta pẽdere

calore fidei nimio ignitus publice
populo inſpectante infecta manu
librū inique legis detrahit ac mi=
nutatim diſcerpit. Auguſto in ea
dez vrbe ſimul cū ceſare ꝯſtituto.
Ad quos cū relatū eſſet religioſi
ꝛ illuſtris viri factum ꝯtinuo oīni
in eū crudelitatis gñe deſeuiētes
ne in hoc quidē ſoluz efficere que
runt vt eū meſtū aliquis videret
in penis ſed leto atqꝫ hylari vul=
tu cū, iam viſcera in ſuppliciis de=
feciſſent ſpirit⁹ tñ letabat̄ in vul=
tu ex quo tortores ſui graui⁹ cru
ciabant̄ qꝛ oīa ſuppliciorū genera
cōſumebāt in eū quē ne triſtē qui
dem ex his reddere poterāt.

¶ Capl'm. vi. de petri dorothei/ ꝛ gorgonij martiris ꝛ agonib⁹.

Oſthūc ad vnū ex do
rothei ſodalibus qui
i cubiculo regis erāt
quiqꝫ ſemper in affec
ctu habiti fuerant li=
berorū intētionis trāſfert̄ inſaniā.
A ¶ Etenim cum de immēſis
ſupra memorati martiris ſuppli=
ciis liberius cauſaretur educi ip=
ſe iubetur in medium atqꝫ immo
lare cōpellitur abnuens impera=
tur appendi ꝛ flagris toto corpo=
re laniari videlicet/ vt doloris ne
ceſſitate faceret qđ ꝑcipiebat̄ in
uitus. At ille cū maneret imobi=
lis viſcerib⁹ iam pene nudatis iu
betur aceto ꝛ ſale pfundi. Cūqꝫ
etiā hoc tormenti genus conſtan
ter ac fortiter tolleraſſet craticu=
la prunis ſubſtracta poponi iubet̄
in medio ibiqꝫ quod reliquū fue=
rat in verberib⁹ aſſumpti corpo=
ris ſuperponi ꝛ non ad ſubitū ſed
ſenſim paulatimqꝫ ſuccendi quo
ſcz pena protelaretur in longuz.
Cūqꝫ miniſtri ſcelerū in hūc mo=
dū corp⁹ modo ide ꝟſantes ꝑ mē
bra ſingula penas inciperēt ꝛ ſup
plicia renouaret ipanies ſe aliquo
elicere poſſe cōſenſuz ille firm⁹ in
fide ꝛ ouans in ſpe cōſumptis iaz
ꝛ igni reſolutis carnib⁹ ſuis vlti=
mū ipm̄ in fide letus exaltat. Ta
li petrus/ hoc enim ei nomen eſt/
martirio decorat⁹ vere petri extī
tit ꝛ fidei heres ꝛ noīs. Cui⁹ inſti=
tutor in diſciplina et magiſter in
officiis que intra palatiū exhibe
bant̄ dorotheus erat cubiculi re
gis prepoſit⁹ habens ſecuz officio
fide ꝛ magnitudine parē gorgo=
nium. Quorū inſtitutionibus op=
timis oīs pene cubiculi miniſtri
in fide dei vigilanter et libere p=
ſiſtebant. Dorothe⁹ igitur ꝛ gor
goni⁹ cū petrū tam crudelib⁹ vi=
derent atqꝫ in manib⁹ ſuppliciis
cruciari conſtanter et libere cur
/aiunt/ imperator punis in petro
mentis ſententiā que in nobis oī
bus viget. Ut quid in illo crimen
ducitur qđ a nobis oībus confite
tur. Hec nobis fides hic cultus ꝛ
vnanimis eadēqꝫ ſnīa. Quos ille
cū in medio nichilominus venire
iuſſiſſet ſimilibus pene vt priores
ſuppliciis affectos ad vltimuz la=
queo appēſos necari iuſſit. Tunc
et Anthim⁹ ipſi⁹ vrbis ep̄s in dn̄i
nr̄i Jeſu chriſti cōfeſſione ꝑdurās
martirii gloriā capitis oīni trūca
tione ſuſcepit. Hūc aūt tanqꝫ vere
bonū paſtorē viā martirii preeun
tez vniuerſa pene gregis ſui mul
titudo proſequitur. Accidit nan=
qꝫ apud nicomediā in ipſis dieb⁹
partē aliquā palatii incendio cō=
flagrare. Hoc īperator a noſtris
factū falſa ſuſpitione preſumpſit.
Ex quo ineſtimabili furore ſuccē
ſus iubet oīnes nr̄os aceruati col
lectos alios quidez gladio obtrū
cari alios ignibus conflagrari.

Sed in illis p diuinã gratiaꝫ ma=
ior fide ignis ardebat. Deniqꝫ cũ
aſſiſtentes miniſtri interrogarẽt
ſingulos ſi qui forte ſacrificaturi
vellẽt dimitti taꝫ viri ꝗ̃ mulieres
ne interrogari quidẽ ſe patieban
tur:ſꝫ vltro vel flaminis irruere/
vel cedentibus gladiis certatim
obiectare ceruices. Cũqꝫ iaꝫ illis
ipſis ſpectatorib⁹ nimietas crude
litatis horreſceret miniſtri ſcele
rũ partẽ populi nauiculis iniectã
in mediũ pelagi abducant. Ibiqꝫ
in ſnia fidei perſiſtentes ꝓcipitãt
auctoritate pmiſerat fames dira abſq3 vlla miſeratione vaſtabat In vrbibus vero tante p dies ſingulos multitudines cadebant/vt nec loca ad ſepulturas inuenirentur. In agris vl' vicis plurime dom⁹ penit⁹ vacue remāſere. Qđ ⁊ ſi aliq̄ imminētē vidētes ſtrages filios ſuos ad vrbem venūdaturi adduxerāt dum emptor morat̄ aut retractat etiā ipſe moriturus accedere cum libris ſuis quorū ex precio alēdos ſe ſperauerāt interibāt. Aliqui vero dū radices herbarū ſectabantur earūq3 ſuccis animā ſuſtentare itemptabant p urgente inedia in cauſe letali aliquo hauſtu corrumpebātur. Mulieres quoq3 matres familias: et honeſto loco nate vi famis cogente pudoris oblite ad publicum ſtipis petende gratia deſcendebāt. Et quas verecūdia aſpicere in faciem hoīm non ſinebat expetere aliquid cibi vel etiā de manu rapere fames cogebat. Quā plurimi vero ita ex hauſti incedebant vt ſimulachra magis carne carētia q̄ hoīes putarēt colore tetro luminibus in profundum demerſis huc atq3 illud corpore nutabūdi ⁊ iam iāq3 lapſuri ingrediebātur nec voce iam ſtipem: ſed vltimum trahendo ſpiritū depoſcentes ita vt nonnūq̄ ſi ſuffragmētū panis aliq̄s quo frui nō liceret aſpiceret dū manū conatur extēdere nec deſiderētū vires corporis cōſequūtur in medio conat⁹ inualidi ictu fruſtrāte cōciderer. Qđ ſi q̄s forte locupletiū miſeratiōe per motus impartiri aliquid cibi indigentib⁹ voluiſſet conſtrictus et prefocatus multitudine eorum in quibus nemo erat qui repellēdus videretur deſerebat inceptū nec miſericordie propoſitum per vim eorum quos inedia impudētes effecerat valebat explere. Interea per plateas omnes ⁊ angiportus erāt omnia repleta cadaueribus mortuorum nec erat omnino qui ſepeliret dum ⁊ ipſi q̄ adhuc ſupereſſe videbantur morbo inualidi eſſent et quaſi continuo morituri ex quo fiebat ſpectaculum miſerabile ita vt q̄ plurimi a canibus deuorarentur. Igitur due peſtes validiſſime fames et lues diuidebant ſibi populum. Et pauperiores quoſq3 quibus quotidianus victus opere manuum querebatur velut vicinos ſibi et proximos populabatur inedia. Illos vero qui locupletes ⁊ referti opibus videbantur lues ſibi velut proprios defendebat ita vt videres numeroſe familie domum intra breue tempus ex vno in alterum contagione currēte extinctis omib⁹ vacuā derelinqui. Sic diſcretis q̄dē caſtris fames lueſq3 ſed vno mortis exitu bellātes vrbes agroſq3 vaſtabant. Hec extītit legum Maximini ⁊ elationis atq3 arrogātie ei⁹ ⁊ iudicii de xp̄ianis habiti remuneratio. Hec illi⁹ in deum pietas ⁊ religionis vt aſſerebat celit⁹ tradite maieſtas.

A ¶ Uerum vt ſuperius dixim⁹ cum ⁊ inhumata mortuorū cadauera quos fames conſumpſerat in plateis iacerent ⁊ quos lues vſq3 ad vnum interemerat nichilominus inſepulti in domib⁹ manerāt q̄ vero ſupeſſe videbātur vt gerētur inedia clamare oēs ⁊ ſpōte xp̄ianorū pietatē mīamq3 iprecari quoſq3 pauloante extorres patria ⁊ domo egerāt nūc ſuppliciter exorare vt more ſibi ſolito viuentibus alimenie auxilium de=

ferant mortuis inſepultis ſe
pulture iuſta pſoluāt. Apud
ipos tm̄modo miſerationes
valere: apud ipos ſolos que
humanitatis ſunt pietatiſq
ſeruari. Nec tā veram reli-
gionē tam ſcamentāq i om
nibus perfectā vllā eſſe qui
vniuerſis hominib⁹ conſule
re tanq ꝓpinquis ꝛ ꝓximis
ſuadeat: nec eſſe aliū vllū p̄-
ter xp̄ianorū dn̄m cōfitebāt.
Tū vero noſtrorꝫ populi qui
bus reuera per dei grām qd
maxime oīb⁹ mirabile fuit
neq fames in aliquo neq
lues fuerat domiata in nullo
prorſus iniurie m̄cores: mo-
re ſibi ſolito ꝛ ad inſam etiā
inimicorū p̄ceptis dn̄icis in-
ſtituti cōferre certaitm viuiſ
ꝗſq ꝓut poterat cibos ꝛ ſu-
ſtētare ac reficere peuntes.
Et non ſolum cibos cū eis: ſꝫ
ꝛ affectum pticipare ex quo
indigentibus etiam parua
ſufficere videbātur que cuꝫ
magna pietatis affectione
p̄bebant. Illos quoq ꝗ mor
bi contagione laborabāt ad
quos nullus gentiliū nec pro
pinquorum quidē introibat
ſedula ꝛ frequenti viſitatio
ne curare: nec pati omnino
aliquid per contagiuꝫ ꝗppe
quos diuina gratia circūda
ret: cadaverib⁹ quoq mor-
tuorū ſepulturam deferre et
que ſunt nature iuſta cōple-
re. Ita breui ingreſſu ſolo
chriſtianorū per vrbes et vi-
cos malorū facies iminuta
rebus ipſis atq operibus ve
ram eſſe ꝛ piam religionem
chriſtianorum in cordib⁹ ho
minū ſcripſit multo tenati⁹
q̄ꝫ tabulis ereis eam falſam
eſſe tyrannus inciderat. Igit
cū hec a noſtris ita gererēt
et per geſtorū bonitatem ta
cita quadā predicatione dei
noſtri veritas noſcerēt ita
vt completum viderēt illud
qd ſcriptum eſt in exodo. qꝛ
egyptijs erāt tenebre palpa
biles ꝛ craſſe filijs aūt iſrael
erat lux in oīb⁹ habitatio-
nibus ſuis. Pergit nihilomi
nus domin⁹ deus noſter ma
gnificari in ſanctis ſuis. ꝛ ce
pte virtutis opus ꝓſperiori
bus ſucceſſibus propagare:
atq iterū nobis in obſcuro
poſitis ſplendorem ſue lucis
accēdere. Etenim ſcd̄m pro
pheticum dictū cibauit nos
pane lachrymarū ꝛ potū de
dit, lachrymas ſed in menſu
ra. Hec eſt ergo correptiōis
emēdationiſq menſura: vt
nō imperpetuū indignetur
neq ineternū iraſcat nobis
ſed repropicietur ſeruis ſuis
ſperantibus in ſe.

¶ Cap. ix. de conſtātini ad-
uerſus maxētiū victoria in
virtute crucis ſibi p ſopores
apparentis habita deq ma
ximini turpi fuga ac ſuoruꝫ
ſtrage atq ei⁹ ad deū dere-
lictis ydolis cōuerſiōe. A

ATenim cuꝫ re
ligioſiſſim⁹ im
perator cōſtā-
tinus conſtan-
tij equi mode-
ratiſſimi ꝛ egre
gij principis filius aduerſus
maxentium vrbis rome ty-
rannum bellū pararet atq
exercitum duceret: erat qu.

Ideꝫ in hy

ſtor. dem iam chriſtiane religio
trip= nis fautor verique dei vene=
tita rator. nondum tamen vt eſt
li. j. ſolēne noſtris initiare ſignū
capi dn̄ice paſſiōis acceperat. Cū
tulo. igitur anxius ⁊ multa ſecum
iij. d. de imminētis belli neceſſita
te pvoluēs iter ageret atq
ad celū ſepius oclos leuaret
⁊ inde ſibi diuinū pcaret au
xiliū. videt p ſoporē ad oriē=
tis partē i celo ſignū crucis:
igneo fulgore rutilare. cūq
tanto viſu fuiſſet exterritus
ac nouo pturbaret aſpectu:
aſtare ſibi videt angelos di=
centes cōſtātine qd ē
in hoc vince. Tūc vero let⁹
reddit⁹ ⁊ de victoria iā ſecu
rus ſignū crucis qd i celo vi
derat in ſua frōte deſignat.
Et ita celitus inuitat⁹ ad fidē
nō michi vr̄ vllo inferior cui
ſimiliter de celo dictū ē. ſau
le ſaule quid me pſequeris
ego ſum ieſus nazaren⁹ niſi
Ides qr hic nō adhuc pſequēs ſed
in hy iā cōſequēs inuitat. Ex hinc
ſtor. ſignū qd in celo ſibi fuerat
trip= demonſtratū in militaria ve
tita xilla transformat: ac labarū
lib. j. quē dicunt in ſpeciem crucis
cap. dn̄ice exaptat. Et ita armis
vexilliſq religiōis inſtruct⁹
aduerſus impiorū arma pro
ficiſcitur. Sed et in dextera
ſua manu nichilominus ſi=
gnum crucis ex auro fabre
factum habuiſſe perhibetur
¶ Verum non puto abire vi
deri ſi paululum excedētes
etiā quid propoſiti religio=
ſus dux in hoc bello geſſerit
proferamus.
B ¶ Igitur vbi diuine vir
tutis auxilio certus de victo
ria effectus eſt alio nichilo=
minus eſtu religioſi princi=
pis anim⁹ fluctuabat qꝛ ſcʒ
imperator roman⁹ ⁊ pater
patrie nominatus ⁊ qui om
nes ſi fieri poſſet qui ante ſe
principatum geſſerant pie=
tate ⁊ religiōe cuperet ſupe
rare non ſolum patrie ſʒ ipi
vbi rome qui romani impe
rij caput eſt bellū cogeretur
inferre: nec ſine oppugnatio
ne patrie quā tyrānus obſe=
derat reddere poterat pa=
trie libertateʒ. Augebatur
hinc animus: ⁊ die noctuq
deum cui ſe iam familiarem
ſenſerat precabatur ne dex=
teram ſuaʒ quā ſigno muni
uerat ſalutari cruore roma
ni ſāguinis macularet. Hoc
ei die noctuq poſcēti preſti
tit diuina prouidentia. Et cū
iam non pcul a ponte Mol=
uio caſtra poſuiſſet ecce ſubi
to velut vi diuina correptus
Maxentius agitur in occur
ſum. Et proruēs vrbis rome
portis ſequi ſe reliquū exer=
citū iubet. priorq ipe obui⁹
precurrit armat⁹. Iuſſerat
autem nauibus ad diſcipu=
lam compoſitis fluuiuʒ tiber
ni et ſuperpoſitis pontibus
exequari. vt ergo ipe eques
et precurſor oblitus operis
ſui cuʒ paucis aggreſſus eſt
pontem ſubſedere naues: et
in profundū diuerſus cotius
belli futuras cedes vnius ne
fandi capitis ſui diremit in=
teritu: atq impollutam reli
gioſi principis dexteram a
ciuili cruore ſeruauit. Tum Ides
vero nichil minus in hoc qꝫ in hy
in moyſeo atq hebreorum ſtor.

tripti-ta li. i. capitulo. v. in fine.

populo geſtuꝫ videres vt di-
gne etiam ſuper his dici de-
beret Currus Pharaonis ꝛ
virtutē eiꝰ proiecit in mare.
Electos aſcenſores ternos
ſtratores demerſit in rubꝝ
mare. Ponthum adoperuit
eos. Ita namqꝫ maxentius
atqꝫ hi qui cum ipſo erāt ar-
mati ſatellites demerſi ſunt
in profundū pontibuſqꝫ his
deuolutꝰ eſt quos ad religio-
ſi principis aptauerat exi-
tiū. Sed ꝛ illud ſuper eo cō-
petenter diceretur. Lacum
aperuit ꝛ effodit eum ꝛ inci-
dit in foueam quā operatꝰ
eſt. Conuertetur dolor eius
in caput eius ꝛ in verticē eiꝰ
iniquitas eius deſcēdet. Hec
impijs competenter aptan-
tur. Conſtantino vero tāqꝫ
famulo dei digne illa iungē-
tur que moyſes poſt victo-
riam proſtratis cecinit ini-
micis. Cantemꝰ domino glo-
rioſe enim honorificatus eſt
equum ꝛ aſcenſorem proie-
cit in mare. Adiutor ꝛ prote-
ctor meus eſt ꝛ factus eſt mi-
chi in ſalutem. Quis ſimilis
tibi in dijs deus quis ſimilis
tibi glorioſus in ſanctis mi-
rabilis in claritate faciēs ꝓ-
digia. Hec etiam ſi non ver-
bis rebus tamen geſtiſqꝫ cō-
ſtantinus ipſi a quo victo-
riam meruerat excelſo con-
cinēs deo vrbem romā triū-
phaturus ingreditur. Tum
vero leti omnes cum coniu-
gibus ac liberis. Senatꝰ po-
puluſqꝫ romanus ingenti pe-
ſte liberati ꝛ iugo tyrannice
immanitatis exēpti cōſtan-
tinum velut auctorem ac re-
ſtitutoreꝫ libertatis excipiūt
Ille tamē nec ad laudes ac-
clamātis populi nec in plau-
ſum tante vrbis ac talis ani-
mos relaxabat. Neqꝫ ſue vir-
tuti rem geſtam: ſed diuino
muneri deputabat. Statim
deniqꝫ vbi imagines ſibi ob
honorem triumphanti ſena-
tus erexit vexillum domini-
ce crucis in dextera ſua iu-
bet depingi ꝛ ſubter aſcribi:
quia in hoc ſigno ſingulari
ſigno quod vere eſt virtutis
inſigne vrbem Romam ſena-
tumqꝫ ꝛ populum Romanuꝫ
iugo tyrannice dominatiōis
ereptuꝫ priſtine libertati no-
bilitatiqꝫ reſtitui.

C ¶ Per idem tempus cō-
ſpirante etiā tum ſecum Li-
cinio nondum enim in id ve-
ſanie inciderat quo poſtmo-
dum dilapſus eſt. Scientes
ꝛ profitentes auctorem ſibi
bonorum omniū deum vna
eademqꝫ ſententia legē ſta-
tuunt in qua deum chriſtia-
norum pleniſſimis laudibus
proſequuntur: et ipſum ſibi
auctorem totiꝰ virtutis atqꝫ
operis profitentur ipſumqꝫ
de tyranno preſtitiſſe victo-
riam. Et ideo ab vniuerſis
huic venerationē cultūqꝫ de-
ferendū. Hanc legem etiam
ad Maximinū qui tunc oriē-
tis partibꝰ dominabatꝛ ami-
citiaſqꝫ eorum expetere vi-
debatur emittūt. At ille in-
gentibus imperatorum re-
bus geſtis perterritus: tam-
etſi que ſcribebantur con-
traria ſibi ꝛ aliena mentis
ſue ꝓpoſito viderent tamē
quoniam reſiſtere nō aude-

bat: et rurſum aliene auctoritati cedens in intus videri in hoc veniſſe erubeſcebat metu ſimul ac pudore viſus miſerrimis conſiliarijs ſtatuit velut ex ſuo arbitrio atq̧ auctoritate legem ꝓ chriſtianis ſimilis ſentētie promulgare. In qua aſſeueraret maioribꝰ q̄dem ſuis prioribus anguſtijs viſū fuiſſe chriſtianorum gentem tan q̄ deorū cultui aduerſam penitus delendem. Se quoq̧ aliquā diu ratum ſimili debere vti ſententia. Sed quoniā eo magis gēs iſta ꝓpagetur ꝛ creſcat quo maxime putatur inhiberi velle ſi potius vt ſi quidē blandis quis ad deorum cultū perſuaſionibꝰ ac quieſcat recipiatur. Nullus vero cogatur inuitꝰ. ſed habeat in arbitrio ſuo quo quiſq̧ velit ritu colere deum neq̧ pro hoc commotionem vllam vel perturbationē prouincialibus inferandam. Hec maximinus ad Sabinum prefectū ſcribit cum tamen omnes ſcirent eum non ita animo gerere: ſed ſimulata hec hūanitate decernere. Deniq̧ noſtrorum nullꝰ audebat vel conſilia agere vel in publico quicq̄ quod ad religionem pertinet cōmouere. id ē vel eccleſias reparare vel ſi q̄d huiuſmodi vſus noſter poſcebat explere quod fieri lex ad eum ab imperatoribus miſſa cenſebat. Sed ille impius ꝛ mente ferox hoc ſolū quod meſtus extorquebat indulſerat: nec in aliquo mutauit affectū donec digna in eum verbera vltio diuina proferret. Etenim cum contra meritū ꝛ procacitatem mentis ſue vel nomen auguſti vel imperiū preſūpſiſſet. vir in quo nichil prudentie nichil ſobrietatis aut moderatiōis inerat arrogantia tumidus ꝛ ſuperbia inflatus extolli: ꝛ erigi etiā aduerſum regni ſocios cepit. In quibꝰ regalis inſtitutio morū probitate ꝛ ſobrietatis ac religionis gratia refulgebat. Audet igit̄ primo ſe inter eos honore cōſtituere priorem: ac nō multo poſt rupto federe bellum. Licinio conatur inferre: ꝛ breui omnia perturbās modo vrbes quatere modo exercitum fatigare. Ad vltimum fretꝰ demonibus ꝛ numine deorū ſuorum cum immenſa militum multitudine procedit ad bellum: ſed victoria illum qui deo atq̧ hominibus inuiſus erat refugiens ad partē alteram trāſit. Et cū ferro cecidiſſet eius exercitus pauci q̄ ſupfuerant videntes eum militū copijs ꝛ diuino fauore nudatum manum fortioribus tradunt. At ille ſimul vt ſe a dijs ſuis deceptū ꝛ ab hominibus deſertum videt detractis imperij inſignibus que nec decenter vnquā geſſerat turbis ſe calonum fugitantium permiſcens turpiter atq̧ infeliciter bello exemptus per agros ac vicos latitās tandē ad ea loca que hoſtibus carcere videbantur eua ſit nauis ſuis pſuaſionibꝰ illud multo verius eſſe pſentiens quod diuina ſcriptura pronūciauerat dicens. Non fit ſalus rex p multitudinem virtutis ſue: nec gigas ſaluus erit in multitudine fortitudinis ſue. Fallax equus ad ſalutem in habundantiam autē virtutis ſue non erit ſaluus. Ecce oculi domini ſuper timentes eum ſperantes ſup miſericordia eius vt liberet a morte animas eorum.

D ¶ Igit̄ I dedecore atq̧ ignominia tyrānꝰ. Poſteaq̄ regreſſus eſt ad ꝓpria. pilo tanquā furore

quondam ſe digno acceſus plurimos ſacerdotes deorum ſuorũ ⁊ diuinos quos antea mirabat̃. ⁊ quorum reſponſis confidens bella cõmouerat vt deceptores fallaceſq; ⁊ qui ſalutem ſuã regnũq; perdidiſſent interfici iubet. Poſt hec gloriã laudẽq; deo xp̃i a norũ refert: ⁊ ſera penitentia conuerſionez in ipa vite ſue damnatione meditatus cũ grauiſſimaz mortem morbis erga ſemeti pſuz certãtib⁹ duceret legẽ ꝓ libertate ac ſecuritate xp̃ianorũ ſcribit: cui⁹ exẽplũ infra ſcriptũ eſt. Imperator ceſar galeri⁹ maximin⁹ germanic⁹ ſarmatic⁹ pius felix inuictus auguſt⁹. Indeſinenter curam ꝓuincialium noſtrorum gerẽtes ⁊ vtilitatibus eorum vel cõmodis cõſulentes que ad commune ⁊ publicum bonum ſpectant q̃ꝗ; animis cunctorum chara ⁊ iocunda ſunt nunq̃ deſinimus ꝓuidere. Unde cognitũ eſſe omnib⁹ nõ dubito manifeſteq; ꝯpactũ: ex eo fomite quo iuſſum fuerat a diuis principib⁹ diocletiano ⁊ Maximiano parentibus noſtris inhiberi conuentus chriſtianorũ plurimas direptiones ⁊ p̃das ab officialib⁹ factas idq; per dies ſingulos in detrimentũ noſtrorũ ꝓuincialium ꝑfeciſſe/ quorũ nos curam precipuam habere geſſim⁹/ ita vt bonis ſuis pene ac patrimoniis euoluerẽt. Sup hac re anno p̃terito legem dedim⁹ vt ſi q̇s vellet genti huic vel religioni adherere a nullo prorſus voluntas eius ac ꝓpoſiti libertas impediret: ſed ſatiſfacere animis ſuis atq; haberet licentiaz abſq; vllo metu vel ſuſpitione agere q̇d liberet. Uerũ ne nunc quidem latere nos potuit ꝗ quidez ex iudicibus tẽptauerint permouere rurſum ꝓuinciales noſtros: et velut ex noſtra eos auctoritate turbare quo ſcilicet pigriores erga religionem quã diligũt redderẽtur Igitur vt in poſterum omnis metus vel ambiguitas auferat̃ huius edicti noſtri lege ſancimus vt cunctis innoteſcat licere his qui chriſtianam ſectam religionẽq; venerant̃ hac noſtre indulgentie largitate vt vnuſq́ſq; quẽadmodum vult ⁊ ꝓut animo liget religioni huic ſolẽnitatiq; deſeruiat. Sed ⁊ orationũ domos id eſt dominica ſua vt inſtaurẽt ꝓ volũtate ꝑmittimus. Sane quo in omnibus cumulatior habeat̃ hoc noſtra largitio etiã illud ac lege ſancimus vt ſi que domus agri vel quelibet predia ex chriſtianorũ bonis ante hac parentum noſtrorum preceptis ad fiſci ius fuerãt ſociata ſi qua etiaz ibi ab aliquo cõpetita ſunt vl̃ ſi qua diſtracta aut dono in aliquem collata. Hec oĩa in antiquũ ius chriſtianorũ precipim⁹ reuocari dominiſq; ꝓ priſs vniuerſa reſtitui vt ⁊ in hoc omnes pietatis noſtre beneficiũ capiãt. Talibus Maximin⁹ nunc demum vtitur legibus qui ante annum non integrũ ereis aduerſum nos tabulis tãq̃ incternum permãſuris ſanxerat penas. In quibus nos velut impios vrbib⁹ ⁊ agris exules ac totius pene terre ꝓfugos effici iuſſerat. Uerum ne nunc quidẽ erat eius integra et ex corde conuerſio. Sed velut precium quoddam huiuſcemodi leges offerebat deo. Et quoniam deorum ſuorum ſpes eum prius in bello deceperat per hec tanq̃ mutatis patrociniis bellum temptabat adoriri. Ignorãs vaniſſ

ſimus: ꝙ ab hominibꝰ nequã: ad prauũ inceptũ neq; officijs deq; premiſs poteſt redemi deus.

¶ Cap. x. quõ maximinus i grauiſſimũ morbum incidit ⁊ xp̄ianorum perſecutores deſtruũtur quapropter chriſtiani in pace inceperunt viuere.

Situr cũ omnibꝰ copijs inſtruxiſſet exercitum bellũq; parauiſſet: iniuſtũ: doloribus internorũ viſcerum correptus vehemẽter exagitari cepit: ita vt ne ſtratis quidẽ recubare poſſet.

A ¶ Sed exiliẽs e cubili ſuo, ſepe pronus eliderettur in terram. Tum deinde homo edax: ⁊ qui vino ſemper repleretur: nũc ne ſummis quidem labris deguſtandum reciperet cibum aut odore tenus vinũ ſumeret. Ita carnibꝰ inedia ⁊ ariditate cõſumptis: hoc ſolum profecit infelix: ꝙ in vltimis vite poſitus iuſtã eſſe vindictã dei: et ſcelerum ſe penas merentem ꝓfiteretur expendere. Ad vltimũ tamen morbo prius luminibꝰ amiſſis: tunc magis quid aduerſum xp̄m impietatis admiſerit vidẽs viuẽdi finem fecit. Sed defuncto eo qui erga xp̄ianos nũc inaudita crudelitate nunc ſimulata venia agebat: aperta indulgentia legitimorũ principũ: ⁊ abſq; vlla iam ſuſpitione: eccleſiarũ ſtatus multo etiã clariorꝗ̃ prius fuerat reparari cepit. Uerbum vero dei ⁊ doctrina xp̄i longe glorioſius ⁊ liberius propagabatur. Tum vero inimicis fidei penitudo vltima atrocitatis ⁊ crudelitatis ſue fiebat: ita vt puderet eos aſpectꝰ ipſe publicus: nec eleuare oculos in hominum faciem auderent.

Etenim cum primum ipſe Maximianus imperialibus edictis tyrãnus ⁊ impius ⁊ deo atq; hominibus inuiſus fuiſſet ꝓnũciatꝰ: tabuleq; eius picte vel imagines erce alie deici ac p̄cipitari iuberẽtur alie vero atris fucate coloribus obliterari: tãta ſubito rerũ facta cõuerſio eſt: vt eiusq̃ dudũ aduerſus xp̄ianos de pene eternitate cẽſebat: nũc etiam nomen aut repelleret de memoria hominũ aut cũ opprobrio ac de decore ſeruaretur. Judices quoq; eius quos in tyrãnicis dñationibꝰ miniſtros ſcelerꝫ habuerat legitimi princeps velut impietatis ⁊ crudelitatis ſatis eius ſatellites interfici iuberent. In q̃bꝰ maximꝰ flagitiorꝫ eius ſignifer peuſedius fuit Qui ſecũdo ab eo ⁊ tertio cõſul ꝓuectꝰ eſt: ac p̄fecture tenuit culmen. Sed ⁊ quintianus ſimiliter primis apud eum honoribus functꝰ qui in egypti ptibꝰ aduerſus xp̄ianorũ ſanguinẽ inaudita ſeuitia ⁊ crudelitate graſſatus ẽ. Sed ⁊ alij plurimi per quos maximini impietas fomẽta ꝯceperat In quibus et theotegnꝰ vltorem tandẽ ꝓphanorũ actuũ eſſe ꝯperit deũ qui ꝯſecrati apd Authiochiã ſimulachri gratia: et p̄ſidalibus a Maximino faſcibus fuerat honoratꝰ. Sed cũ licinius veniſſet anthiochiã et magice artꝫ ſtudioſos ad penã iuſſiſſet inquiri: ſacerdotes illi atq; aruſpices nouelli ſimulachri: horꝫ vel ſociis vel etiam magiſtri deprehenduntur. Cũq; ab his inquirerent quo pacto vel reſpõſa reddere et ſimulachrũ: vel ꝓdigia quedam facere viderent diſſimulare p̄mo: poſtea tñ artius interrogati: totiꝰ ludi cõpoſitã ⁊ cõpaginatã machi-

nam pandunt: ⁊ arte Theotegni fatentur cuncta fucata. Igitur primo omnium ipſum tãte deceptionis auctorem Theotegnũ tum deinde ceteros magice artis miniſtros quos ille ſacerdotes nouelli demõis atq; aruſpices collocaret: dignis excruciatos ſupplicüs occidi iubet. Quibus adduntur etiã filij Maximini: quos ille iam imperij ſocios aſſumpſerat. Sed ⁊ ꝓpinquos eius q̃ ſe ob huiuſcemodi neceſſitudinem moleſtiſſimos erga ciues ⁊ prouinciales exhibuerant: paribus ſupplicijs afficit: ſtulti ⁊ vecordes: qui non audierunt commonitionem diuinarum litterarum dicẽtem. Nolite confidere in principibus: neq; in filijs hominum quibus non eſt ſalus. Exiet ſpiritus ei⁹ ⁊ reuertetur in terram ſuã: in illa die peribũt omnes cogitationes eorum. Nos autem quibus ſpes ⁊ ſalus in omnipotente deo conſiſtit ⁊ in rege omniũ chriſto ſaluatore ad redẽptorem animarũ noſtrarũ: ⁊ correptionem libenter ab ipſo ſuſcipimus ⁊ pacem veniãq; ab ipſo ſimiliter expectamus.

B ¶ Igitur poſteaq̃ repẽte deo atq; hominibus inuiſum ſcd̃m q; ſupra expoſuimus: interijt impiorum hominũ genus: ita vt merito in his cõpletum videretur: quod predixerat ſpiritusſanct⁹. vidi impium ſuperexaltum et eleuatum: ſicut cedros libani: ⁊ tranſiui: et ecce non erat: ⁊ queſiui locũ eius ⁊ non inueni. Omni nube deterſa letus iam dies ⁊ ſolito clarior illuxerat terris atq; eccleſijs xp̄i ſplẽdor ſui ſolis effulſerat: nec vſq̃ q̃ hoc aliter reſpiceret liuidus ſuper erat ocul⁹. Sed cuncti mortales tyrãnice q̃ pręterierat crudelitatis horrore: etiam ſi nondũ fide votis tamen que noſtra ſunt amplectẽtes: vniuerſi pariter deum verum pꝰs eſſe auxilio fatebantur firmãq; eſſe ſpem in Chriſto ſperantium comprobabant. Ex quo aderat cunctis velut diuino munere infuſa letitia: maxime vidẽtibus ea loca que paulo ante impijs tyrãnorum machinis fuerant deſtructa: rediuiua conſtructiõe clariora ⁊ excelſiora conſurgere templaq; excelſa ꝓ humilib⁹ conuenticulis eleuari. Iuuabat enim chriſtianorum principum fauor: et legiſlatione religioſa alacres noſtros animos eo amplius animabat: dũ ⁊ ad perſonam epiſcoporum frequentius ſcriberẽt: et honorem ſacerdotibus cum ſumma veneratione deferent: ſed et impẽdiorum ſumptus benignus largirẽtur. Interea feſtiuitates a noſtris frequentiſſime gerebãtur cum omni leticia et exultatiõe per vrbes et loca ſingula eccleſiarũ dedicatiõib⁹ celebratis. Congregabantur in vnum ſacerdotes: nec pigebat etiam lõge poſitos conuenire: quia nullum longum videbatur ſpacium charitati. Concurrebant etiam populi ad populos: et tanq̃ vere membra vnius corporis chriſti: iungi ſibi inuicem ſociariq; gaudebãt vt videretur in eis compleri figura illa prophetia que cum ſacramento quodam predicata eſt dicens. Quia cõgregabatur os ad os: et iunctura ad iuncturam. Quibus etiam vnus ſpiritus ineſſe omnibus infuſus membris: et vna anĩa merito dicitur. q; ⁊ vna omnibus fides: ⁊ vn⁹ ab omnib⁹ colitur de⁹ atq; ex vno ore hymnos omnes concinunt deo. Iam

vero ingens in ſacerdotijs & mi=
niſterijs atq; in omnibus que ad
religionis obſeruantiã pertinent
gratia refulgebat aſtabant hic
pſallentium chori: iuuenes & vir=
gines ſenes cum iunioribus lau=
dabant nomẽ dñi. hic miniſteria
ordinatis ac diſpoſitis vicib⁹ age
bant̃. Pontificũ quoq; ſacerdotũ
cõceſſus ipſa canitie venerabilis
emin⁹ pfulgebat. Iã vero ſi quis
p gratiã dei inſpirat⁹ ſermonem
pferret ad populũ cũ omni ſilen
tio ora cũctorũ i eũ: oculiſq; cõuerſi
tãq; celitus ſibi per eũ denuntiari
aliquid expectabant. Tanta au
ditorum reuerentia tantus ordo
in ſacerdotibus ſeruabat̃. Inde
alius atq; alius: & non ſolum duo
vel tres ſicut apoſtolus dixit cete
ris examinantibus loquebant̃: ſed
& quanti ſe unq; dabatur ſermo in
apertione oris ſui: vt magis con
ſtaret in eis illud qđ moyſes dixe
rat. Quis dabit omnem eccleſiã
dei pphetare. Nuſquã em̃ liuor
aderat: nullũ pulſabat inuidia dei
dona dei populis miniſtrabantur
vnuſquiſq; ſcđm qđ ſcriptũ eſt ad
edificationem eccleſie habunda
re querebat: & omnem hec in ca=
ritate gerebantur: ita vt ſe ho=
nore inuicem peruenirent: & alter
alterum ſeſe diceret meliorẽ. Nã
ſimpliciores quiq; ammirabant̃
& ſuſcipiebant eos qui per ſapiẽ
tiam verbi populos inſtruebant.
Sapientes vero et eruditi viri
preferebant eos quibus pura vi
ta ac ſincera ſimplicitas: offeren
di deo hoſtias maiorem fiduciã
dabat: eiſq; immolandi ſacrificij
permittebatur officium. quos fa
miliarior vite ſimplicitas in cor
dis puritate ſeruabat. Sic ſumme
mo ſtudio perquirebat alter in
altero quod preferret.

¶ Igitur cum tali ſimplicita
te eccleſiarum gloria apud deum
hominesq; pficeret: & imago que
dam celeſtium haberetur in ter
ris: ſuper omnia quoq; religioſ⁹
princeps Conſtantinus exulta=
ret in talibus: ac per dies ſingu=
los fide et religione creſcens: in
explebili gaudio de eccleſiarum
profectibus repleretur. Sacerdo
tibus etiam dei non credebat ſuf
ficere ſi ſe equalem preberet: niſi
eos a longe preferret: & ad ima=
ginem quandam veneraretur di
uine preſentie. Cunq; pro his om
nibus non iam: vt Imperator ſed
vt pater coleretur a cunctis: non
tulit infelix inuidia vel noſtro=
rum pacem letis ſucceſſibus cre
ſcere: vel illius erga nos ſtudia
inquaſſata durare. Et enim Li=
cinius qui primo quaſi probita=
te morum et vite integritate ac
merito virtutum: non ſolum ab
eo in ſocietatem regni fuerat aſ=
citus verum et propinquitatem
ex coniunctione ſuſceptus / ſoro=
rem namq; Conſtantini in ma=
trimonium acceperat / vidẽs im
peratorem non tam vi & metu: qꝫ
amore & religione omnibus im=
perare: atq; in ſumma veneratio
ne cunctis eſſe mortalibus: & pre
cipue chriſtianus hũano vitio pul
ſatus: immo inhumane inuidie /
clade percuſſus: occultis inſidijs
primo decipere egregium princi=
pẽ parat idq; qꝫ maxime per fa
miliares ac miniſtros mollitur.
Sed ille nichil quidem de eius do
lis et fraudibus ſuſpicatur: ta=
men quia totius erat confidẽs in
deo: ad omnia ſe illo ſigno quod
ei celitus monſtratum fuerat mu
niebat: nec vllis p hoc inſidijs fieri

ri obnoxius poterat. Uerum Li=
cinius vbi neq̃ beneficiorum me
moria: neq̃ affinitatis gratia re
primere immanitatem concepti
ſceleris poterat: neq̃ tamē ei per
occultas machinas inſidie ꝓce=
debant: ratus ꝙ imperator xp̄ia
norū p̄cibus iuuaretur: ⁊ ideo tu
tus remaneret: ſtulta iracūdia ꝑ
motus. Imperatori quidem aper
tum bellum indicit. regniq̃ fidē
ſocietatemq̃ cōtaminat. Nr̄os
vero priuato ⁊ ſpeciali odio per
ſequi parat: hec in querela deuo
cans ꝙ non ita ꝓ ſe ſicut ꝓ Con
ſtantino xp̄iani in ſolēnibus ⁊ ex
precepto ſibi traditis oratiōib⁹
excubarent. Uerſa igitur vice iis
qui pauloante acerrime in eos
vindicauerat: qui tyrānorū tem=
pore aduerſum xp̄ianos aliquid
crudele moliti ſunt: nunc in nr̄os
tela cōtorquet ⁊ tyrānidis ſue pri
ma ſacrilegia noſtrorū cruore de
libat. Primo nāq̃ omniū de pala
tio ſuo ſi quis xp̄ian⁹ eēt exire iu=
bet: tū de deo in militia. Poſthec
ꝓfecit peſtis ⁊ tyrannicis edictis
ſtatuit omnes qui ſe xp̄ianos ꝓfi
terentur in carcerē trudi. Statiʒ
tn̄ inuenit aliq̄ in quo priores cru
delitate ſuperiret. Addit edicto
vt neq̃s alicui miſſo in carcere ci
bum vel potū deferat: dicens ini=
quū eſſe mīam fieri atq̃ humani
tatē p̄beri iis quos ipſe ſuis legi=
bus ꝯdēnaſſet. Et ita multitudi=
nes in carcerē retruſe inedia ne=
cabātur. Sʒ per hoc putabat ad
huc occultiorē eſſe tyrānidem ſuā
Uerum creſcente animi ſeuitia:
etiam hoc parum videtur conti=
nuo in epiſcopos ceteroſq̃ ſacer
dotes dei rabiem crudelitatis ex
tendit. Et primo omniū nobilio=
res quoſq̃ ⁊ quos fama clarior

extulerat vel ſapientie ⁊ doctri=
ne opinio ꝯmendauerat: callida
arte circūuenit: ⁊ eos aut iniuria
rum reos fieri: aut cuiuſlibet al=
terius ficti criminis p̄cipiēs: nul=
laq̃ negocii inquiſitione habita
puniri hoc ſolo q̄ deferebāt iube
bat. Iam vero poſthec in audito
omnibus ſeculis credulitatis mō
omnes q̄ cōtaminatis ſacrificiis
acquieſcere noluiſſent: nō tortori
bus vt p̄ceſſores ſui tyrāni facie=
bāt neq̃ cruciatib⁹ ac ſuppliciis
tradi iubebat: ſed lanionibus da
ri: vt eos porcorū more ſuſpenſos
deſpicatoſq̃ ⁊ codicibus ſuperpo
ſitos ꝑfruſtra cederent: ⁊ in par=
tes diuiſos: in mare ad pabulum
piſcium ꝓiicerēt. Eccleſias quoq̃
quas ſuis iam tēporib⁹ cōmunib⁹
edictis extrui fecerat rurſum ipſe
ſubuertere: ⁊ ꝑ oīa ſatis agere q̄
tin⁹ cūctos q̄ ante ſe fuerāt tyran
nos crudelitate ſuperaret. Prete
rea ⁊ leges ſi q̄ apud Romanos
bn̄ ⁊ honeſte a maiorib⁹ late fue=
rant in barbarorū ritum conuer
tere auaritie quoq̃ inſatiabiliter
ſtudere ſenſ⁹ inouare ⁊ agros cul
toribus vacuos tributis replere.
Preterea ſi quos iniquis factioni
bus circūuentos in exiliū miſiſſet
horū vxores legitimis matrimo
niis auulſas: ſeruis ſuis ac ſatelli
tibus iūgere. Ipſe vero etiam cō
tra etatis ſue vires adulteriis et
corruptione virginum delectari.
Uerum vbi huiuſcemodi armis ⁊
virtutibus inſtructus tyrānidem
ferotius cepit agitare. Conſtan
tin⁹ autem qui erat veris virtuti
bus adornatus ⁊ perfecta in deū
pietate munitus: tot tantiſq̃ fla
gitiis ire obuiam parat: nec diffi
cultas aliqua victorie fuit: vbi et
cauſa iuſtior ⁊ fides purior: ⁊ vir

tus eminentioꝛ habebatur. Deiectoq̃ licinio: atq̃ omni memoria tyrãnice dominationis ablata ſoliditatem Romani regni cũ filijs ſolus obtinuit. Tum vero ſtatus quidem reipublice equabili moderatione: ⁊ cẽſura digniſſima romani nominis habebatur. In nationibus barbaris metus ingẽs. In ꝓuincialibus vero metu deuotio animi maioꝛ erat. Quieta omnia et tranquilla ab hoſtibus belliſq̃ ciuilib⁹: leti ſecuriq̃ cuncti moꝛtales pacẽ agitabant. Eccleſiarũ vero gloꝛia incredibile: memoꝛata eſt: quãto religioſi imperatoꝛis ſtudio adoleuerit: quã taq̃ eius cura etiã erga ſumptũ indulgẽtiũ fuerit. Ardẽs nãq̃ in fide dei animus. ⁊ benignũ ingenium atq̃ clemẽs: bonis operib⁹ paſcebatur. Intãtum vero pñtiũ rerũ bonitas ⁊ trãquilitas obtinebat: vt obliuionẽ ꝓteritoꝛũ pareret maloꝛũ. Editis nãq̃ frequẽtibus per omnẽ locũ ꝓpoſitis: nõ ſolũ tyrãnicas aduerſum chriſtianos depulerat leges: iuſq̃ ciuile reddiderat: verũ ⁊ priuilegia plurima eccleſiaſtica ac ſummos honoꝛes ſacerdotibus detulit. Ita deo atq̃ hominib⁹ carus ſummã Romani regni: cum religione pura: tum etiã virtute animi ac moderatione ſupꝛa omnes qui pꝛius fuerant procurabat.

¶ Euſebij ceſarienſis hyſtoꝛie eccleſiaſtice explicit liber nonus.

Hucuſq̃ nobis Euſebius rerum in eccleſia geſtarum memoꝛiam tradidit. Cetera vero que vſq̃ ad pꝛeſens tempus per oꝛdinem ſubſecuta ſunt: q̃vel in maioꝛũ litteris reperimus: vel noſtra memoꝛia attigit patris religioſi pꝛeceptis ⁊ in hoc pare ntes q̃ poterimus breuiter addemus. Hec etiam decimo libꝛo eccleſiaſtice hyſtoꝛie cõtinentur.

Incipit liber. x.

¶ Capitulum pꝛimũ de conuocatione concilij Niceni pꝛopter hereſim Arrij heretici.

Cum apud Alexandriam poſt achillã qui Petro martyrij ſucceſſerat: Alexander ſacerdotiũ ſuſcepiſſe: q2 pax noſtris ⁊ quies a perſecutiõib⁹ erat: atq̃ eccleſiarũ gloꝛia confeſſoꝛũ meritis gaudebat pꝛoſperitas rerum noſtrarum domeſtica contentiõe turbatur. Etenim pꝛeſbyter quidam apud Alexãdriam Arrius nomie: vir ſpecie ⁊ foꝛma magis q̃ virtute religioſus ⁊ gloꝛie laudiſq̃ ⁊ nouitatis impꝛobe cupid⁹ pꝛaua quedam de fide chꝛiſti ꝓferre ⁊ que antea in queſtionem nunq̃ venerant ce pit abſcindere ac ſeparare ab illa eterna ⁊ ineffabili dei patris ſubſtantia vel natura filium conabatur. Que res plurimos in eccleſia conturbabat. Sed cũ alexander epiſcopus natura lenis: ⁊ quietus aſſiduis cõmonitionibus. Arriũ cuperet a pꝛauo incepto ⁊ aſſertionibus impĩs reuocare: nec tamẽ res ex ſententia ꝓcederet: q2 pleroſq̃ iam contagio peſtifere aſſertionis infecerat non ſolũ apd̃ alexandriam: verum ⁊ per alias vꝛbes ꝓuinciaſq̃ diſperſa: perniti oſum foꝛe credens ſi diſſimularet alijs plurimis conſacerdotib⁹

ſuis rem indicat. Queſtio latiꝰ innoteſcit: ſermo vſq ad aures religioſi principis quippe q in omni ſtudio ⁊ diligentia curaret que noſtra ſunt: penit tū ille ex ſententia ſacerdotū apud vrbem Niceā epiſcopale ꝯciliū cōuocat: ibiq Arriū trecētis ⁊ xviij. epis reſidētibꝰ adeſſe iubet: ac de eiꝰ ꝑpoſitiōibus ⁊ qſtionibꝰ iudicari.

¶Cap. ij. quō cōſtantinꝰ in concilio illo noluit iudicare de querellis que inter epiſcopos verſabantur.

Sed in eo ꝯcilio ammirabile factum principis non puto reticēdum. Et eñ cū ex omnibus pene locis epī conueniſſent et vt fieri ſolet diuerſis ex cauſis inter ſe iurgia quedam detuliſſent: interpellabatur frequēter a ſingulis: offerebant libelli culpe proferebant: et magis ad hoc q̄ ad id pro quo venti fuerat aīos dabant. At ille vidēs q per hmōi iurgia cauſa ſummi negocii fruſtraretur: diē certā ſtatuit q̄ vnuſquiſq epoꝝ ſi quid q̄rimonie habere videret deferret. Et cum reſediſſet: ſuſcepit a ſingulis libellos. quos ſimul omnes in ſinu ſuo cōtinens: nec in eis quid contineretur aperiēs ait ad epiſcopos. Deus vos cōſtituit ſacerdotes: ⁊ poteſtatē vobis dedit de nobis quoq iudicandi: ⁊ ideo nos a vobis recte iudicamur. Uos autē non poteſtis ab hominibus iudicari: ꝑpter quod dei ſolius inter vos expectate iudiciū et veſtra iurgia, queq ſunt ad illud diuinum reſeruentur examen. Uos etenī nobis a deo dati eſtis dii ⁊ conueniens non eſt: vt homo iudicet deos ſed ille ſolus de quo ſcriptum eſt. Deus ſtetit ī ſynagoga deorum in medio autē deos diſcernit. Et ideo his omiſſis illa q̄ ad fidē dei pertinent abſq vlla animoꝝ contentione diſtinguite. Cū hoc dixiſſet: omnes ſimul q̄rimoniarū libellos iuſſit exuri: ne innoteſceret vlli hominum ſimulatio ſacerdotū. Uerū cū per dies multos in epiſcoporū cōſilio fidei q̄ſtio verteret: ⁊ nōnulli diuerſa ſentirent: ac vehemēter ceptis arrij fauerent cōplures tamen erant qui impiū arrij execrarētur inceptū. Cūq in eodē cōcilio eſſet cōfeſſoꝝ magnus numerus ſacerdotū: omnes arrij nouitatibꝰ aduerſabantur. Fauebant vero ei viri in q̄ſtionibꝰ callidi: et ob id ſimplicitati fidei aduerſi.

¶Ca. iij. q a ſimplici ſacerdote dialecticꝰ in verbo dei ſuperat ⁊ xpianꝰ efficitur.

Quantam vero virtutē habeat ſimplicitas fidei: etiā ex his q̄ inibi geſta referuntur agnoſcimꝰ. Etenī cū ꝑ ſtudio religioſi imperatoris ex omni terra ſacerdotes

Idē ī hy. trip. lib. ij. ca. ij.

et. xi. q. xi. lacer / dos bꝰ. xij q. i. futurā.

Idē i hiſtoria tripti ta.li. ij. ca.

dei coiſſent opinione ꝯmoti philoſophi quoqꝫ ⁊ dialetici valde nobiles ⁊ opinatiſſimi ꝯuenerūt. In qͥbꝰ quidā īſignis in arte dialetica ꝑ dies ſingulos ꝯflictuꝫ ſummi certaminis cum epiſcopis noſtris viri ad eque in dialetica non improbabiliter eruditis mouebat: ⁊ flebat ingens ſpectaculū. Conuenientibus ad audienduꝫ doctis ⁊ litteratis viris: nec tamē vllo genere philoſophꝰ cōcludi a quoquam poterat/ aut cōſtringi. Tanta etenī dicendi arte obiectis q̄ſtionibꝰ occurrebat/ vt vbi maxime putaret̄ aſtrictꝰ velut anguis lubricus laberetur. Sed vt oſtenderet deꝰ ꝙ nō in ſermone regnum dei: ſed in virtute conſiſtit: quidam ex confeſſoribus ſimpliciſſime nature vir: ⁊ nichil aliud ſciens niſi chriſtum Jeſum et hunc crucifixum inter ceteros auditores epiſcopus aderat. Qui cū vidiſſet philoſophū inſultantē noſtris ⁊ calida ſe diſputatiōis arte iactantem poſcit ab omnibus locum velle ſe paucis cū philoſopho ſermociari. Tuꝫ vero noſtri qui ſimplicitatem viri et imperitiā in ſermone duꝫ taxat noſſent pauere ⁊ velut pudorē quēdam pati: ne forte apud calidos homines riſui efficeret̄ ſancta ſimplicitas. Perſiſtit tamē ſenior et hūc monuit ſermonis exordium. In noīe inquit Jeſu chriſti philoſophie audi q̄ vera ſunt Deus vnus eſt qui celum fecit et terram. Quiqꝫ homini quē de terre limo formauerat ſpiritū dedit vniuerſa que videntur: ⁊ que nō videntur virtute verbi ſui creauit et ſpiritus ſui ſanctificatione firmauit. Hoc verbum ac ſapiētia quem nos filiū dicimus humanos miſeratus errores ex virgine naſcitꝰ: ⁊ per paſſionē mortꝭ a ꝑpetua nos morte liberauit ac reſurrectiōe ſua eternam nobis contulit vitam. Quē ⁊ expectamꝰ iudicem omniū q̄ gerimꝰ eſſe venturū. Credis hoc ita eſſe philoſophie: at ille velut ſi nūq̄ꝫ vllum ſermonē cōtradicendi didiciſſet ita obſtupefactus virtute dictorū mutus ad oīa hoc ſoluꝫ potuit reſpondere: ita ſibi videri. Nec aliud verum eſſe q̄ꝫ qḋ dixerat. Tuꝫ ſenior. Si hoc īquit ita eſſe crediditi: ſurge ⁊ ſequere me: ac dominī cū et huius fidei ſignaculuꝫ ſuſcipe. Et philoſophus cōuerſꝰ ad diſcipulos ſuos vel ad eos qui audiēdi gratia conuenerāt: audite inquit o eruditi viri donec verbis mecū geſta res eſt ꝟba verbis opoſui. Et q̄ dicebantur dicendi arte ſubuerti. Ubi ꝟo ꝓ verbis virtꝰ ꝓceſſit ex ore dicētis: nō potuerūt reſiſtere verba virtuti: nec hō aduerſari potuit. Et ideo ſi quis vr̄m potuit in his q̄ dicta ſunt ſentire q̄ ſenſi credat xp̄o. ⁊ ſequatur hūc ſemē in q̄ locutꝰ eſt deꝰ. Ita philoſophꝰ chriſtianꝰ effectꝰ tandem ſe gratulatꝰ eſt victuꝫ.

De paſnutio etiam infra lib. x. ca. i. A. in hyſto tri. li. i. c. x. A. et lib. ii. ca. ii. A.

¶Capitulū. iiij. de paſnutio confeſſore eiuſq; miraculis.

Fuit pterea in illo concilio et Paſnutius homo dei epiſcopus ex egypti partibus: cōfeſſor ex illis quos Maximinus dextris oculis effoſſis et ſiniſtro polite ſucciſo p metalla dānauerat. Sed in hoc tanta virtutum inerat gratia vt ſigna per eum non minus q̄ dudum p apoſtolos fierent. Nam et demones tantum verbo fugabat et egros ſola oratione curabat. Sed et cecis viſum dicit reddidiſſe. Et paraliticos ad ſtabilitatē corporis reuocaſſe. Quem Cōſtantinus in tanta veneratione et affectu habuit vt ſepius eū intra palatiū euocatum complecteretur: et illum oculum qui in cōfeſſione fidei fuerat euulſus auidioribus oſculis demulceret.

De ho ſpridione etiā i hyſto tri. li. i. c. x. fere p totū.

¶Capitulū. v. de ſpiridione epiſcopo et eius mirabilibus homoſionq; additione in ſymbolo.

Ex eorum numero et ſid adhuc eminentius fuiſſe dicitur: etiam Spiridion Ciprius epiſcopus vir vnus ex ordine prophetarum q̄tum etiam nos eorum qui eum viderant narratione comperimus. Hic paſtor ouium etiam in epiſcopatu poſitus permanſit. Quadam vero nocte cum ad caulas fures veniſſent: et manus improbas quo aditum educēdis omnibus facerent/ extēdiſſent inuiſibilibus quibuſdā vinculis reſtriti vſq; ad lucē velut traditi tortoribus pmanſerunt. Cum vero oues ducturus ad paſcua matutinus ſe ageret ſenior videt iuuenes abſq; hūanis vinculis caulis pēdere diſtrictos A ¶Cunq; cauſam noxe cōperiſſet: abſoluit ſermōe quos meritis vinxerat. Et ne eis inanis nocturna cederet occupatio tollite /inquit/ o iuuenes vnum vobis arietem ne ſine cauſa veniſſe videamini: quem melius prece q̄ furto queſiſſe cōuenerat. Tradunt de hoc etiā illud factum mirabile. Filiā habuit yrenem nomine que ei bene cum bene miniſtraſſet virgo defuncta eſt. Poſt eius obitum venit quidā dicens ſe ei quoddā depoſitū commendaſſe. Rem geſtā ignorauerat pater. Requiſitum in tota domo nuſq; qđ poſcebatur inuentū eſt. Perſiſtebat ille qui commendauerat et fletu ac lachrymis purgebat. Uire quoq; ſue illaturū ſe eſſe exitum niſi commendata reciperet teſtabat. Permotus lachrymis eius ſenex ad ſepulchrum filie properat atq; eā ex nomine clamitat. Tum illa de

ſepulchro quid vis ait pater. Cō=
mendatum illiꝰ inquit vbi poſui=
ſti. At illa locum deſignans/ illic
ait inuenies defoſſum. Regreſſus
ad domū rem ſicut filia de ſepul
chro reſponderat repertam tra=
didit repoſcēti. Sed ⁊ multa alia
eius ferūtur geſta mirabilia que
etiam nunc ore omniū celebrant.

B ❡ Tales igitur i illis adhuc
temporibus per multi viri in ec=
cleſiis domini refulgebant ex qui
bus plurimi in illo cōcilio fuerunt
Sed ⁊ athanaſiꝰ eodem tempore
alexandri dyaconus alexandri=
ni epiſcopi aderat concilijs ſenē
quem plurimi iuuans. Interea
per dies ſingulos agitabatur con
uētus: nec facile aut temere de re
tanta ſtatuere audebant. Euoca
batur frequenter Arrius in con=
cilium et aſſiduo tractu aſſertio=
nes eius diſcutiebantur. Et quid
aduerſuꝫ hoc teneri deberet/ aut
ſtatui ſumma cū liberatiōe que=
rebatur. Uerū poſt diutinū mul=
tumqꝫ tractatū placet omnibus
ac velut vno cunctorū ore ⁊ corde
decernitur homouſion ſcribi debe
ret id eſt eiuſdem cum patre ſub=
ſtantie filium cōfiteri/ idqꝫ firmiſ
ſima omniū ſententia ꝓnunciat.
Decem ⁊ ſeptem ⁊ ſoli tunc fuiſ=
ſe dicūtur quibus Arrij fides ma
gis placeret extrinſecus creatuꝫ
dei filium ex nullis ſubſtantibus
⁊ non ex ipā patris deitate proge
nitum cōfirmantes. Defertur ad
Conſtantinum ſacerdotalis con
cilij ſententia. Ille tanq̄ꝫ a deo ꝓ
latam veneratur. Cui ſi qui tem=
ptaſſet obniti velut cōtra diuina
ſtatuta venientē in exilium ſe ꝓ=
teſtatur acturum. Sex igitur ſoli
cuꝫ Arrio ſe patiūtur expelli. re
liqui vero vndecim cōcilio inter
ſe habito acquieſcunt ad ſubſcri=
bendū manu ſola non mente. Cu
ius ſimulationis auctor precipue
extitit. Nicomedie epiſcopus Eu
ſebiꝰ. Interim quomodo alijs ve
ritate/ alijs ſimulatiōe ſicut poſt
exitus docuit ſubſcribentibus et
de ſingulis quibuſqꝫ eccleſiaſti=
cis obſeruationibus certa ſtatu=
ta fingentibus concilium direptū
eſt. Exemplum autem expoſitio=
nis fidei eorum qui cōuenerat in=
fra ſcriptum eſt.

❡ Exemplum fidei Nicene.

❡ Capitulum. vj. de expo
ſitione fidei in concilio ni=
ceno facta et eiuſdem con
cilij actis.

Credimus in vnū deū
patrem omnipoten
tem omnium viſibi
lium/ ⁊ inuiſibiliū fa
ctorem.

A ❡ Et in vnū do
minum noſtrum Jeſum Chriſtuꝫ
filium dei/ de patre natum vnige
nitum: hoc eſt de ſubſtantia pa=
tris. Deum ex deo: lumē ex lumi
ne. Deum veruꝫ ex deo vero. Na
tum non factum. homouſiō patri
hoc eſt eiuſdem cum patre ſubſtā
tie. Per quem omnia facta ſunt
que in celo ⁊ que in terris. Qui ꝓ
pter nos et propter noſtram ſalu=
tem deſcēdit: ⁊ incarnatus eſt ho
mo factꝰ paſſus eſt: et reſurrexit
tertia die: ⁊ aſcendit in celos. In=
de venturus eſt iudicare viuos ⁊
mortuos. Et in ſpiritum ſanctuꝫ.
Eos autē qui dicunt erat aliquā
do quando non erat: ⁊ anteq̄ꝫ na
ſceretur non erat et quia ex nul=
lis extantibus factus eſt/ aut ex

alia ſuſtantia dicunt eſſe aut conuertibilē vel mutabilem filiū dei: anathematizat catholica ⁊ apoſtolica eccleſia.

Acta Niceni conciliſ.

C.i. Statuūt preterea obſeruandū eſſe in eccleſijs ne quis ex his qui ſemetipſos per impatientiam libidinis exciderunt: veniret ad clerum.

B C.ij. Et ne quis nup aſſumptus ex vita vel' cōuerſatione gētili accepto baptiſmo anteq̄ȝ cautius examinetur clericus fiat.

C.iij. Et ne quis epiſcoporum ceterorumq̄ȝ clericorū cum extraneis mulierib⁹ habitet preter cū matre vel ſorore/ vel thia: vel ſi q̄ ſunt huiuſmodi neceſſitudinū perſone.

C.iiij. Et vt epiſcopus ſi fieri poteſt a totius ꝓuincie epiſcopis ordietur. Si hoc difficicile eſt certe nō minus q̄ȝ a tribus ita tamē vt metropolitani epiſcopi maxime vel p̄ſentia vel auctoritas habeatur. Abſq̄ȝ quo ordinationem irritam eſſe voluerunt.

C.v. Et ne queȝ ſi alius epiſcopus de eccleſia expulerit ſiue clericum ſiue laicum ſuſcipiat alius Sane nec hoc aut iracundia aliqua aut ꝯtentione/ vt fieri ſolet/ iniuſte factū remedium non haberet: decernūt per ſingulos annos in ſingulis vrbibus atq̄ȝ ꝓuincijs ſecundo ab omnibus epiſcopis ꝓuincialibus concilia agi debere ⁊ de huiſmodi negotijs iudicari: vt ſi forte ab vno inique aliquid geſtum eſt a ceteris emendetur. Si recte vt ab omnibus cōfirmetur.

C. vi Et vt apud Alexandriā vel in vrbe roma vetuſta conſuetudo ſeruetˀ vt vel ille egypti vel hic ſuburbicarū eccleſiarū ſollicitudinem gerat.

C.vij. Et vt ſi forte in ordinando epiſcopo duo vel' tres pro aliqua contentione diſſentiant reliquorū auctoritas ⁊ precipue. Metropolitani cū ceteris firmior habeatur.

C.viij. Et vt epiſcopo hieroſolymorum antiquitus tradita honoris prerogatiua ſeruetur. manente nichilominus/ ⁊ metropolitani ipſius prouincie dignitate.

C.ix. Et vt catharos/ q̄ apud nos nouationi ſunt/ ſi forte penitētes ad eccleſiam cōuertantur confeſſos eccleſiaſtica dogmata clericos in ordine quidem ſuo ſuſcipi debere: ſed ordinatione data. Sane ſi epiſcopus ipſorū veniat ad epiſcopum noſtrum debere eū in preſbyterorū loco ſedere. Epiſcopi vero nomē manere apud illum ſolum qui catholicaȝ ſemper tenuit fidem niſi ſua voluntate ipſe eū tali nomine honorare voluerit vel ſi placuerit/ vt q̄ratei epiſcopi locum vacantem hoc ſit in ipſius poteſtate.

C.x. Et ne in vna ciuitate duo ſint epiſcopi.

C.xi. Et ſi qui forte indiſcrete ad ſacerdotiuȝ prouecti poſt modum vel ipſi aliquid de ſe crimino ſum confeſſi ſunt vel ab alijs reuicti vt abijciātur. Sed ⁊ ſi quis ex his qui lapſi ſunt et per ignorantiam forte ordinati recogniti fuerunt vt abiiciantur.

C.xij. Et ſi qui abſq̄ȝ tormētis in perſecutionib⁹ lapſi ſunt et ex

corde agunt penitentiam: quinqꝫ annos intra catecuminos faciãt ex duob⁹ annis poſt hoc fidelib⁹ tantum in oratione iungantur:et ita poſt modum ſuſcipiantur. ¶Qui vero propter confeſſionem militam abiecerant ⁊ rurſuꝫ hãc ambierunt/ hos tredecim annis penitentiam gerere:⁊ poſtea ſuſcipi ſi tamen ex corde penitentiã gerant. Eſſe tamen et in poteſtate epiſcopi moderandi facultatẽ ſi eorum fructuoſam et attentã penitentiam viderit.

¶Cxiij. De his vero qui vita excedunt penitentibus decernunt vacuum nullum debere dimitti. Si qui ſane accepta communione ſuperuixerit deberet eum tempora ſtatuta complere:vel certe prout moderatio epiſcopi voluerit.

¶Cxiiij. Et ne diaconi preſbyteris preferantur ne ve ſedeant in conceſſu preſbyterorum:aut illis preſentibus euchariſtiam diuidant ſed illis agentibus ſolũ miniſtrent. Si vero preſbyter nullus ſit in preſenti tunc demum etiam ipſis licere diuidere aliter vero agentes abici iubent.

¶Cxv. De catecuminis qui prolapſi ſunt ſtatuere tribus annis eos ad catecuminorum oratiõe ſeparatos poſt ea recipi debere.

¶Cxvi. Et ne de ciuitate inferiori ad maiorem eccleſiam tranſire qui ambiat ſiue epiſcopus ſiue etiam alius clericus. Et ne quis clericus qui derelicta eccleſia ſua nulla exiſtẽte cauſa probabili vagatur et oberrat per alias eccleſias ſuſcipiatur in communione.

¶Cxvij. Et vt nemo eum qui ad alium pertinet ſuſcipiens in ſua eccleſia ordinet clerum abſqꝫ cõſenſu illius ad quem pertinet.

¶Cxviij. Et ne quis clericus aut viuras accipiat aut frumenti vel vini ampliationem quod ſolet in nouo datum vel ſextuplum vel etiam duplum recipi: quod ſi faciat tanquam turpis lucri reum abſciendum.

¶Cxix. Et vt paulianiſte ꝗ ſunt Fotiniani rebaptizentur.

¶Cxx. Sed et dyaconiſſe quoniam quidem manus inpoſitionem non accipiunt etiã ipas inter laycos eſſe debere. Igitur cuꝫ de his prout diuinarum legum ratio popoſcerat decreuiſſent: ſed et de obſeruatione paſche antiquum canonem per quem nulla de reliquo varietas oriretur eccleſijs tradidiſſent omnibus rite diſpoſitis eccleſiarum pax ⁊ fides in orientis occidentis ꝑtibus vna atqꝫ eadem ſeruabatur.

¶Capitulum ſeptimum de profectione helene in hieruſalem et viuifice crucis ligni atqꝫ tituli inuentione.

Eridem tẽpus. helena cõſtantini mater femina incomparabili fide ⁊ religione animi ac magnificentia ſinglari cui⁹ vere Cõſtantinus cũ eſſet filius/et crederetur/diuinis ammonita viſionibus. hieroſolymã petit atqꝫ ibi locum in quo ſacro

ſanctum corpus chriſti pa=
tibulo affixum pependerat
ab incolis perquirit Qui id
circo ad inueniendum diffi
cilius erat quia ab antiquis per
ſecutoribus ſimulachrū in
eo veneris fuerat defixum:
vt ſi quis chriſtianorum in
loco illo chriſtū adorare vo
luiſſet venerē videret ado=
rare. Et ob hoc infrequens
et pene obliuioni datus fue=
rat locus. Sed cum vt ſupra
diximus religioſa femina p
properaſſet ad locū celeſti ſibi
indicio deſignatum cuncta
ex eo prophana et polluta
deturbans in altum purga
tis ruderibus tres confuſo
ordine reperit cruces.

¶ Sed obturbabat reperti
muneris leticiam vniuſcu=
Idē ī iuſque crucis indiſcreta pro=
hyſt. prietas. Aderat quidem et
tripti titulus ille qui grecis et lati
ta li. nis atque hebraicis literis a
ij. ca. Pylato fuerat conſcriptus.
xviij. Sed nec ipſe ſatis euidēter
E. F. dominici pdebat ſigna pa=
tibuli. Hinc iā humane am=
biguitatis in certum diuinū
flagitat teſtimonium. Acci
dit in eadem vrbe primariā
quandam loci illius femi=
neam graui egritudine con
fectam ſeminecem iacere.
Macharius per idem tem=
pus eccleſie illius epiſcopus
erat. His vbi cunctātem re=
ginam atque omnes pariter
qui aderant videt: afferte
huic inquit totas que reper
te ſunt cruces: et que ſit que
portauerit dominum nunc
nobis aperiet deus. Et in=
greſſus cum regina pariter
et populis ad eā que decum
bebat defixis genibus hu=
iuſcemodi ad deum precem
profundit.

¶ Ca. viij. de miraculo hie=
roſolymis facto quo crux
domini ab alijs crucib⁹ fuit
euidenter diſtincta.

Tu domine qui
per vnigenitū
filium tuum ſa
lutem generi
humano per
paſſionem cru
cis conferre dignatus es et
nunc in nouiſſimis tempo=
ribus aſpiraſti in corde an=
cille tue perquirere lignum
beatum in quo ſalus noſtra
pependit oſtende euidenter
ex his tribus que crux fue=
rit ad dominicam gloriam:
vel que extiterint ad ſerui=
le ſupplicium vt hec mulier
que ſemiuiua decumbit ſta
tim vt eam lignum ſalutare
contigerit: a mortis ianuis
reuocetur ad vitam. ¶ Et
cum hoc dixiſſet adhibuit Idem
primo vnam ex tribus et ni= in hy
chil profecit. Adhibuit ſecū ſtoria
dam nec ſic quidem aliquid tripti
actum eſt. Ut vero admo= ta li.
uit tertiam repente aper= ij. ca.
tis oculis mulier conſurre= xviij.
xit. Et ſtabilitate virium re F.
cepta alacrior multo quam
dum ſana fuerat tota domo
diſcurrere et magnificare
domini potentiā cepit. Sic
euidēti indicio regina voti
compos effecta templū mi=
rificū in eo loco in quo cru
cem repererat regia ambi=
tione cōſtruxit. Clauos qui=
bus corpus dominicum fue=

rat affixum portat ad filiũ Ex quibus ille frenos compoſuit quibus vteretur ad bellum. Et ex aliis galeam nichilominus belli vſibus aptã fertur armaſſe. Ligni vero ipſius ſalutaris partem detulit filio: partem vero thecis argenteis conditam dereliquit in loco que etiam nunc ad memoriam ſollicita veneratiõe ſeruatur. Reliquit etiã hoc indicium religioſi animi regina venerabilis. Uirgines quas ibi reperit deo ſacratas inuitaſſe ad prandium: et tantã eas deuotione curaſſe dicitur vt indignum crederet ſi famulorum vteretur officiis. Sed ipſa manibus ſuis famule habitu ſuccincta cibum apponeret poculum porrigeret aquã manibus infunderet. Et regina orbis ac mater Iperii famularũ chriſti ſe famulã deputaret. Hec quidẽ hieroſolymis geſta.

Idem tãgit in hyſtoriã tripti ta. li. ii. ca. xviii. G.

℄ Capi. ix. quomodo conſtantinus omes gẽtes barbarios vincebat ob cultum religionis.

Interea Conſtantinus pietate fretus Sarmatas gothos aliaſq; barbaras nationes: niſiq; vel amicitiis vel deditione ſui pacem preuenerãt in ſolo proprio armis edomuit. Et quanto magis ſe religioſius deo ſubiecerat tanto amplius ei deus vniuerſa ſubdebat. Ad anthonium quoq; primum heremi habitatorem velut ad vnum ex prophetis litteras ſuppliciter mittit: vti pro ſe ac liberis ſuis domino ſupplicaret. Ita non ſolum meritis ſuis ac religiõe matris ſed et interceſſione ſanctorum cõmendabilem ſe deo fieri geſtiebat. Sane quoniam tãti viri anthonii feci mus mentionem de virtutibus eius atq; inſtitutis & ſobrietate mentis vt in ſolitudine vitã degens vſus ſolũ modo cõſortio fuerit beſtiarum: & de demonibus crebros agens triumphos placuerit deo ſupra cunctos mortales et que inſtitutionis ſue preclara vſq; in hodiernũ monachis exempla reliquerit volentem me aliqua exponere. ille libellus excluſit q ab Athanaſio ſcriptus etiã latino ſermone editus eſt. Propter quod nos (o miſſis his que ab aliis iam dicta ſunt) ea memorabimus que quãuis geſtorum contineat fides ab his tamen qui lõge poſiti ſunt obſcurior fama ſubtraxit.

de antonio in hyſtoria tripti ta li. i ca. xi D. e. f.

℄ Capitulum. x. de captiuitate frumenti et ediſii et de conuerſione Judeorum per eos facta.

In ea diuiſione orbis terre que ad predicandũ verbũ dei forte per apoſtolos celebrata eſt cũ alie aliis puincie obuenisſent Thome parthia & mat-

theo ethiopia eiꝙ adherens cite rioꝛ india bartholomeo dicit ſorte decreta. Inter quã parthiã ꝙ Media/ſed longo interioꝛ tractu indiam vlterioꝛ iacet multis variiſꝙ linguis et gentibus habitata. Quam velut longe remotam nullus apoſtolice pꝛedicatiõis vomer impreſſerat. Que tamẽ temporibus conſtantini tali quadam ex cauſa ſemia fidei prima ſuſcepit. Metrodoꝛus quidem philoſophus inſpiciendoꝛum locoꝛum et oꝛbis perſcrutandi gratia: vlterioꝛẽ dicitur Indiam penetraſſe. Cuius exemplo inuitatus etiam Meropius quidã tyrius philoſophꝰ/ſimili ex cauſa adire Indiã voluit habens ſecum duos puerulos quos liberalibꝰ litteris vtpote propinquos inſtituebat. Quorũ vnꝰ q̃ erat iunioꝛ. Ediſius alter frumentius vocabatur. Igitur peruiſis ⁊ in noticiam captis his quibus animus paſcebatur cum philoſophus redire cepiſſet aque vel ceteroꝛum neceſſarioꝛũ cauſa/ad poꝛtum quendã nauis qua vehebatur applicuit. Moris eſt inibi barbaroꝛum: vt ſi quãdo fedus ſibi cum Romanis turbatum vicine nunciauerint gẽtes omnes qui apud eos ex romanis inuẽti fuerint indulgẽtur. Inuaditur nauis philoſophi: cuncti cum ipõ pariter perimuntur. Pueruli reperti ſub arboꝛe meditantes/ ⁊ lectiones ſuas parentes barbaroꝛum miſeratione ſeruati ducuntur ad regem. Hoꝛum ille alterum id eſt Ediſium ſibi pincernã fecit ⁊ frumentium vero quẽ quaſi perſpicacem depꝛehẽderat, et pꝛudentem rationes ſuas ſcriniaꝙ commiſit Ex quo ⁊ in honoꝛe magno apud regem habiti ſunt et in amoꝛe. At vero moꝛiens rex vxoꝛẽ cum paruo filio regni reliquit herẽdẽ Adoleſcentibus autem quid vellent agẽdi dedit liberam facultatem. Quos tamẽ regina ſupplici ter exoꝛat tanꝙ que nichil haberet in toto regno fidelius vt ſecũ vſꝙ quo adoleſceret filius regendi regni ſollicitudinem partirentur. Et pꝛecipue frumentium cuiꝰ pꝛudentia admoderandũ ſufficeret regnum. Nam alius fidẽ puram ⁊ ſobꝛiam mentem ſimpliciter exhibebat. Idꝙ dum agerẽt et regni gubernacula. Frumẽtiꝰ haberet in manibus/deo mentẽ eius ⁊ animos inſtigante requirere ſoliciti9 cepit ſi qui inter negociatores romanos chꝛiſtiani eſſent ⁊ ipſis poteſtatẽ maximã dare ac monere vt conuẽticula p loca ſingula facerẽt ad que Romano ritu oꝛationis cauſa cõfluerent. Sed ⁊ ipẽ multomagis eadem facere: ⁊ ita ceteros cohoꝛtari fauoꝛe et benefecͦis inuitare: pꝛeſtare quicquid opoꝛtunũ fuiſſet loca edificiis aliaꝙ neceſſaria pꝛebere: ⁊ omni modo geſtire: vt chꝛiſtianoꝛum inibi ſemẽ exurgeret. Sed cum adoleuiſſet regius puer/ cui pꝛocurationẽ regni ipſius gerebãt expletis omnibus ⁊ ex fide traditis multum licet detinẽtibus et rogãtibus vt manerent regina vel filio ad oꝛbem tamen noſtrum denuo reuertuntur Et ediſio feſtinante Tyrum parẽtes pꝛopinquoſꝙ reuiſere. Frumentius alexãdriã pergit dicens equũ non eſſe opus occultare dominicum. Igitur rem omnem: vt geſta eſt exponit. Epiſcopum admonet vt pꝛouideat virũ aliquẽ

dignum quem congregatis iam
plurimis chriſtianiʒ et eccleſiis
conſtructis ī barbarico ſolo epi=
ſcopum mittat. Tum vero atha
naſius: q̄ ꝯ his nuper ſacerdotiuʒ
ſuſceperat/ attentius ⁊ propenſi⁹
frumentij dicta geſtaqꝫ conſide=
rans in conſilio ſacerdotum ait.
Et quē alium inueniem⁹ virum
talem in quo ſit ſpirit⁹ dei in ip̄o
ſicut ī te qui hoc ita poſſit imple
re. Et tradito ei ſacerdotio redi=
re eum cum domini gratia vnde
venerat iubet. Quiqꝫ cum epiſ=
cop⁹ perrexiſſet ad Indiā tanta
ei data eſſe adeo virtutū gr̄a di=
cit: vt ſigna per eum apoſtolica
fierant et infinitus numerus bar
baroꝛum conuerteretur ad fideʒ
Ex quo in Indie partibus et po
puli chriſtianoꝛum et eccleſie fa=
cte ſunt et ſacerdotiū cepit. Que
nos ita geſta non opinione vulgi
ſed ipſo Ediſio tyri p̄ſbitero poſt
modū facto qui frumentiꝫ comes
prius fuerat referente cognoui=
muʒ.

¶ Capitulum. xi. De con uerſione hiberoꝛuʒ per ca priuam mulierem facta.

Per idem tem=
pus etiam hibe=
roꝛum gens que
ſub axe pontico
iacet verbi dei fe
dera ⁊ fidem fut=
turi ſuſcepit re=
gni. Sed hui⁹ tā
ti boni p̄ſtitit cauſā mulier que=
dā captiua: q̄ apud eos reperta
cū fidelē ſatis ⁊ ſobriam ac pudi
cam duceret vitaʒ totiſqꝫ diebus
ac noctib⁹ obſecratiōes deo per=
uigiles exhiberet in ammiratio
ne eſſe ip̄a rei nouitas barbaris
cepit. Et quid hoc ſibi velit curio
ſius ꝑquirebant. Illa vt res erat
ſimpliciter chriſtum ſe deum hoc
ritu colere fatebatur. Nichil ex
hoc amplius barbari preter noui
tatem nominis mirabantur. Ue
rum vt fieri ſolet ip̄a perſeuerā=
tia curioſitatem quādam mulier
culis inferebat/ ſi quid emolumē
ti ex tanta deuotione caperetur
Moris apud eos eſſe dicit̄ vt par
uulus ſi egrotet circunferatur a
matre per ſingulas dom⁹ quo ſci
licet ſi qui experti aliquid reme=
dij nouerint conferant laboran=
ti. Cumqꝫ mulier quedam paruu
lum ſuum per omnes circumtuliſ
ſet ex more nec aliquid remedij
cunctas domus luſtrando cepiſ=
ſet venit etiam ad captiuam. vt
ſi quid ſciret oſtenderet. Illa ſe
humani quidē remedij nichil ſci=
re teſtatur: deū tamen ſuum chri
ſtum quem colebat dare ei deſpe
ratam ab hominib⁹ ſalutē poſſe
confirmat. Cumqꝫ cilicio ſuo ſu=
perpoſuiſſet paruulum atqꝫ ipſa
deſuper orationem fudiſſet ad do
minū ſanum matri reddit infan
tem. Sermo defertur ad plures:
factiqꝫ fama magnificiuſqꝫ ad
aures regine perlabitur.

¶ Que dolore quodam grauiſſi=
mo coꝛporis afflicta: ī deſperatio
ne maxima erat. Rogat ad ſe ca
priuaʒ deduci. Illa ire abnuit ne
preſumeret amplius aliquid q̄ ſe
xus ſinere videretur.

¶ Ipſa ſe regina deferri ad ca=
ptiue cellulaʒ iubet. Quam ſimi
liter ſuꝑ cilitiū ſuū poſita inuo
cato xp̄i noīe cōtinuo poſt precē

ſanam et alacrem fecit exurgere chriſtumq; eſſe deu; dei ſummi filium qui ſalutem hanc cōtulerit docet:eumq; quē ſibi auctorē ſue ſciret eſſe incolumitatis: et vite commonet inuocandum. Ipſum namq; eſſe:qui et regibus regna diſtribuat ꝛ mortalibus vitā. At illa cu; leticia domū regreſſa marito percunctāti cauſā tam ſubite ſanitatis aperuit:quiq; cu; ꝓ ſalute coniugis letus mulieri munera deferri iuberet:illa horum inquit o rex nichil captiua digna tur. Aurū deſpicit argentum reſpuit ieiunio quaſi cibo paſcitur: hoc ſolum ei muneris dabim⁹ ſi eu; qui me illa inuocāte ſanauit. Chriſtum deum collam⁹. Ad hec tunc rex ſegnior fuit ꝛ interim diſtulit ſepius licet ab vxore commonitus. donec accidit quadam die venante eo in ſiluis cum comitibus ſuis obſcurari dēſiſſimis tenebris diē et per terre noctis horrore; luce ſubducta iter greſſib⁹ denegarit Ali⁹ alio diuerſi ex comitibus oberrant ipſe ſolus denſiſſia obſcuritate circundatus qd ageret quo ſe ꝟteret neſciebat: cum repēte anxios ſalutis deſperatiōe animos cogitatio talis aſcēdit Si vere deus eſt chriſtus ille quē vxori ſue captiua predixerat nūc ſe de his tenebris liberet vt ipſū ex hoc omiſſis omnib⁹ coleret. Ilico vt hoc nondum verbo ſed ſola mente deuouerat reddita mundo dies regem ad vrbe; ꝑducit incolumē. Quiq; regine rē protinus vt geſta eſt pandit: euocari iam iamq; captiuam et colendi ritū vt ſibi tradat expoſcit: nec ſe vltra alium deu; q̄ chriſtū veneraturum eſſe confirmat.

Adeſt captiua edocet dominum chriſtum:ſupplicādi ritum venerandiq; modum inquantū de his aperire femine fas erat pandit. Fabricari tamen eccleſiā monet formamq; deſcribit Igitur rex totius gentis populo conuocato rē ab initio que erga ſe ac reginam geſta fuerant exponit: fidemq; edocet:et nondum initiatus in ſacris fit ſue gētis apoſtolus. Credunt viri per regem/femine per reginam. Cunctiſq; idem volentibus eccleſia extruitur inſtāter:et eleuato iam perniciter murorum ambitu tempus erat quo columne collocari deberent. Cumq; erecta prima et ſecunda ventum fuiſſet ad tertiam conſumptis omnibus machinis et bonum hominumq; virib⁹ cum media iam in obliquū fuiſſet et recta:ꝛ pars reliqua nullis machinis erigeretur repetitis ſecundo et tertio ac ſepius viribus ne loco quidem moueri attritis omnibus potuit. Admiratio erat totius populi regis animoſitas hebeſcebat:quid fieri deberet oīes ſimul latebat Sed cum interuentu noctis omnes abſceſſiſſent cunctiq; mortales ex ipſa opera ceſſarent:captiua ſola in oratione pernoctans: manſit intrinſecus. Cum ecce matutinus et anxius cum ſuis omnibu; ingreditur rex:videt columnam quam tot machine ꝛ tot populi mouere non quiuerant erectam ꝛ ſuper baſim ſuam librate ſuſpenſam nec tamē ſuppoſitam ſed quantum vnius pedis ſpacio in aere pendentem. Tū vero omnes populi contuentes et magnificantes deum verum eſſe regis fidem et captiue religionem:pre=

ſentis miraculi teſtimonia perhibebant. Et ecce mirātib⁹ adhuc ⁊ ſtupentibus cūctis: in oculis eorum ſenſim ſuper baſim ſuā nullo contingente columna depoſita ſumma cum libratione conſedit. Poſt hec reliquus numerus colūnarum tanta facilitate ſuſpenſus eſt: vt omnes que ſuperfuerant ipſa die locarentur. Poſtea vero ꝙ eccleſia magnifice cōſtructa eſt: ⁊ populi fidei maiore ardore ſitiebāt: captiue monitis ad imperatorem Cōſtantinū totius gētis legatio mittitur. Reges geſta exponit ſacerdotes mittere exoratur: qui ceptum erga ſe dei munus implerent. Quibus ille cū omni gaudio ⁊ honore tranſmiſſis. multo amplius ex hoc letat⁹ eſt: ꝙ ſi incognitas Romano īperio gētes ⁊ regna ignota iūxiſſet. Hec nobis ita geſta fideliſſimus vir Bacurius: gentis ipſius rex: ⁊ apud nos domeſticorum comes cui ſumma erat cura: ⁊ religiōis ⁊ veritatis expſouit: cū nobiſcum Paleſtini tunc limitis dux in hieroſolymis ſatis vnanimiter degeret. Sed ad ceptum redeam⁹.

¶Capitulum.xij. de Conſtantia ſorore Conſtantini ⁊ preſbytero per eum fratri ſuo cōmendato. ꝙ poſt mortem Conſtantini conſtantia inſinuauit vt arrium reuocaret.

Poſtea ꝙ religioſi principis mater Helena ſummis Romani regni honorib⁹ affecta ex hac luce deceſſit Conſtantia tunc Licinij derelicta fratris Auguſti ſolatijs vtebatur. Huic accidit preſbyterum quendam venire in noticiam latenter partibus Arrij fauētem. Sed hic primo nichil omnino de his apud ſororem principis aperire. Ubi vero multa familiaritas copiam tribuit: paulatim ſermonē cepit aſpergere inuidiam dicens Arrio generatā: et pro ſimulatibus priuatis epiſcopum ſuum rem contentioſe exagitauiſſe: emulationis ſtimulo confixum ꝙ Arrius apud plebem ſatis carus haberetur. Hec atq; huiuſmodi alia frequentius ſuggerens animos conſtantie ſuos efficit. Que cum diem obitura viſitaretur a fratre atq; ab eo blāde religioſeq; compelleretur extremam dicitur ab eo gratias popoſciſſe: vt preſbyterum in familiaritate recipieret / et que ſibi ab eo proſpe et ſalute ſuggererentur audiret. Si quidem iam ex luce diſcedētem nichil curare pro fratris vero ſtatu eſſe ſolicitam ne forte pro innocentium penis regni ſui pateretur excidiū.

¶Quibus ille monitis a ſorore ſuſceptis: et fidelem pro ſe germane ſollicitudinem credens accommodauit aurem preſbytero. et interim accerſiri de exilio Arrium iubet: vt quemadmodū de fide ſentiret exponeret. Tū ille fidem ꝯſcripſit: que non quidem ſenſum noſtrum / tamen verba noſtra continere profeſſionemq; videretur. Miratus quidem eſt. Imperator: et putauit vnam eādemq; in ipſius et concilij dudum geſti expoſitione ſententiā contineri. Tū in nullo relaxat animi vigorem ſed rurſus eum ad concilij remittit examen. Quoniam quidam ad dedicationem hiero

ſolymorum ex omni orbe coire ſacerdotes inuitaban tur: hec ad eos de nomine eius ſcribens: vt ſi expoſitionem fidei eius probarēt et eum vel per inuidiam: vt aſſerebat tunc circunuentum dinoſcerent: vel nunc ab errore correptum clemēti erga ipſum iudicio vterentur: quandoquidem tāta fuerit concilij moderatio vt non in perſonam eius: ſz in dogmatum prauitatem fuerit lata ſentētia: ſi tamē et epiſcopi eius alexandri accōmodaretur aſſenſus Sed ⁊ ab ijs quidē qui primo ceptis eius fauentes cū ſimulatione ſubſcripſerant facile receptus eſt cum vero alexādriam perrexiſſet ibi omne eius fruſtratur in ceptum. Quoniam quidem dolis apud ignorantes loc⁹ eſt: ſcientibus vero dolum intendere nō aliud eſt ꝙ riſum mouere. Interea dum hec apud alexandriam fruſtra agitantur: venerabilis Auguſtus conſtantinus in ſuburbana villa Nicomedie. triceſimo ⁊ primo imperij ſui anno die functus eſt: liberis de ſucceſſiōe Romani orbis teſtamento heredibus ſcriptis. Quo in tempore: quoniam quidē cōſtātinus cui orientis regnū decreuerat preſens non erat: dicitur ſecreto accerſiens preſbyterum quē a ſorore cōmendatum ſupradixim⁹: ⁊ ex inde familiariter habitum tradidiſſe ei teſtamentum quod ſcripſerat: ⁊ obteſtatus ſub ſacramēto ne vlli niſi conſtantio cum veniſſet in man⁹ traderet cui etiam ꝙ eunuchi qui erant in palatio fauebant: arte ⁊ ditio de imperatoris morte ſuppreſſo vſqꝫ ad conſtantij preſentiam: multis noua tēptantibus oppreſſis: reſtituta integraqꝫ mānſere. Cum vero conſtantius affuiſſet: depoſitum preſbyter reſtituit. Cuius beneficij gratia imperator regni cupid⁹ ita et deuinctus eſt: vt qui imperare cūctis ambierit/ ab illo ſibi imperari equanimiter pateretur Ex quo deuincto ſibi imperatore cepit de arrij reſtitutiōe ſuggerere et nolentes acquieſcere ſacerdotes vti cogere perſuadere. Idem in hyſtoria trip. li. viij ca. j. et ca. quīto

Capitulum. xiij. quomō euſebius propter conſtantij familiaritatem nitebatur reuocare. irritum geſta cō cilij: et cogere alexandrum alexandrie epiſcopum vt arrium ſuſciperet.

Ea tempeſtate apud alexādriam alexāder/ in Hieroſolymis maxim⁹ ꝯfeſſor/ apud Cōſtantinopolī eque alexāder vt ex athanaſij ſcriptis ꝯperim⁹ ſacerdotio fūgebantur. Sed euſebi⁹ q̄ apud Nicomediam erat de cui⁹ ſimulatiōe ⁊ ſubſcribendo ſupradiximus/ amplam occaſionem tēporis

nactus ⁊ principi per p̄ſby-
terum familiaris effectus
reuoluere omnia atq̃ ī irri
tum reuocare concilij geſta
molitur. Arrium nequaq̃
apud alexandriam cõmo
rantem venire facit: ⁊ im-
perialibus edictis conciliū
denuo conſtantinopoli con
uocari: quo conuenere illi
maxime qui arriū atq̃ Eu-
ſebium ſectabantur: quiq̃
ſepe cum alexandro con-
greſſi vt arrium ſuſciperet:
nec tamē aliquid proficien
Idē in hy. trip. li. iij. ca. x. tes ne ab iniuriis quidē ei⁹
temperabant. Ad vltimū
certam ei diem ſtatuentes
denunciant: vt aut ipſe ar-
riū ſuſciperet: aut ſi remit-
teretur: ſe eccleſia pulſo et
exilium truſo: ab alio eum
ſuſcipiendum ſciret. Tum
ille nocte que ad conſtitutā
intererat diem: ſub altari
iacens atq̃ in oratione ⁊ in
lachrymis totam peruigilē
ducens: eccleſie cauſam do
mino commendabat. Cūq̃
lux exorta fuiſſet: nec tamē
ab oratione alexander ceſ-
ſaret. Euſebius cū ſuis om-
nibus velut heretici belli
ſignifer domum arrij matu
tinus aſcendit: eūq̃ prope-
re ſequi ad eccleſiam iubet
proteſtatus ꝙ Alexander
niſi preſens acquieſceret:
expulſus cederet loco.

¶ Capitulum. xiiij. de pro-
broſo interitu Arrii cū ad
eccleſiam proficiſceretur: vt
ab Alexandro epiſcopo re
nuente quidem recipere-
tur.

IGitur omniū
ſumma expe-
ctatio: quo vl̄
alexādri per-
ſeuerātia vel
euſebij arriiq̃
inſtantia declinaret. Cūq̃
cūctorū animi eſſent vt ī ta
li reſolet expectatiōe ſuſpē
ſi: arri⁹ ad eccleſiā pergens
epiſcoporū ⁊ populorum fre
quētia ꝯſtipat⁹ humane ne
ceſſitatis cā ad publicū lo- Idē in hy. trip. li. iij. ca. x.
cū declinat. Ubi cū ſederet
inteſtina ei⁹ atq̃ oīa viſce-
ra in ſeceſſus cuniculū de-
fluxere: ac tali ī loco dignā
mortē blaſphemie ⁊ fetide
mētꝭ exoluit. Qd̄ poſteaq̃
in eccleſia nūciatum eſt Eu
ſebio: atq̃ iis qui vna ſecū
ſanctū et innocentem virū
Alexandrū de arrio recipi
endo fatigabant: ſuperati
pudore ⁊ adoperti confuſio
ne diſcedunt. Tunc cōplet⁹
ſermo ad gloriam domini
quē in oratice ſua alexan-
der ad dn̄m ꝓclamauerat
dicēs. Judica dn̄e inter me
⁊ Euſebij minas atq̃ arrij
vim. Sed hi ad p̄ns quidē
paululū pudorꝭ habere: ꝯue
niētes vero inter ſe hereti-
ci ſtiti ne forte ſi ſicut res ge
ſta eſt integre ad imperato
rem conſtantiū perueniſſet
non ſolū a p̄fidia eorū ī qua
callide irretit⁹ tenebat̄ ab-
ſcederet verū ⁊ ī auctores
deceptōis ſue ſeueri⁹ aliqd̄ e
regia auctoritate decerne-
ret ꝯponūt p eunuchos qs
iā ī p̄fidia deceptos tenebāt
vti de arrij morte loquētur q̄
fieri poſſet ꝯpoſite ⁊ cōiter

noſceret: ne aliqd quod dei
vindictam indicare videre
tur audiret. Quibus ita ge
ſtis de cauſa fidei vt cepe=
rant proſequuntur.

¶ Cap. xv. quō Athanaſi⁹ Alexādro defuncto effect⁹ eſt eps alexādrie: ꝛ eiuſdem bonis principiis.

Igitur apud
alexādriā de=
functo Alexā
dro Athana
ſius ſuſcepe=
rat ſedē. Qͦ
vero eſſet idē vir acris inge
nij ꝛ in eccleſiaſticis nego=
ciis apprime vigilans: ſatis
iam tunc hereticis innotue
rat cum ad concilium Nice
num cum epiſcopo ſuo ſene
Alexandro venerat. Cui⁹
ſuggeſtionibus hereticoꝝ
doli ac fallacie vigilanter
detegebant. Statim ergo
vt eū epiſcopū factū cogno
uerat id quod res idicabat
ſua negocia per illius ſolli=
citudinem non facile pceſ=
ſura: omnibus modis que=
rere aduerſus eum machi=
nas deceptionū parabant.
Uerū nō michi abſqꝫ ordīe
videtur: pauca de huius vi
ri origine ſupra repetere: et
cuius a puero inſtitutionis
fuerit: ſicuti ab iis qui cum
ipſo vitā duxerāt accepim⁹
memorare. Tempore quo
apud alexādriā petri mar
tyris diē alexāder eps age
ſ.q.ſ. bat cū poſt expleta ſolēnia
c. ſpi cōuenturos ad ꝯuiuiū ſuū
ritus clericos expectaret in loco
ſan= mari vicino videt eminus
ctus. puerorū ſuper omnia ma=
ris ludū. imitantiū: vt fieri
ſolet epꝫ: atqꝫ ea q̄ in eccle
ſiis geri mos eſt. Sed cum Eccl.
intentius diutino pueros ꝯ
ſpectaret: videt ab his geri
quedam etiam ſecretiora
ꝛ miſtica: perturbatus ilico
vocari ad ſe clericos iubet:
atqꝫ eius quid eminus ipſe
videret oſtēdit. Tūc abire
eos ꝛ comprehenſos ad ſe
perducere oēs pueros im=
perat. Cūqꝫ adeſſent: quis
eis ludꝰ ꝛ quid egiſſent vel
quō percōtatur. Illi vt ta=
lis habet etas pauidi nega
re primo deinde rē geſtam
per ordinē pādūt. Et bapti
zatos a ſe eſſe quoſdā cate
cuminos cōfitentur: p atha
naſiū qui ludi illius pueri=
lis epus fuerat ſimulatus.
Sum ille diligenter inqui=
rēs ab iis qui baptizati di=
cebāt: quid interrogati fue
rint: qd ve rn̄derint: ſimul ꝛ
ab eo qui interrogauerat.
Ubi videt ſecūdū religiōis
nr̄e ritū cūcta cōſtare collo
cutus cū concilio clericoꝝ
ſtatuiſſe traditur: illis qb⁹
integris interrogationib⁹
ꝛ reſpōſionib⁹ aqua fuerat
infuſa iterari baptiſma nō
debere: ſed adipleri ea q̄ a
ſacerdotib⁹ mos eſt. Atha=
naſiū vero atqꝫ eos quos lu
dus ille vel pſbyteros habe
re viſus fuerat vl miniſtros
conuocatis parentib⁹ ſub
dei obteſtatione tradit ec=
cleſie ſue nutriendos. Par
uo autem tempore exacto
cū a notario integre ꝛ grā
matice ſufficienter athana
ſius fuiſſet inſtructus: con=

tinus tāquā fidele domini cōmendatū apparentibus reſtituit ſacerdoti: ac velut Samuel quidam in tēplo domini nutrit. & ab eo pergente ad patres in ſenectute bona: ad poſtrēdū poſt ſe Ephod ſacerdotale deligitur Sed huius tanti in eccleſia pro fidei integritate agones fuerūt: vt etiā de hoc videat dictum eſſe illud qđ ſcriptū eſt. Ego enim oſtēdā ei quāta oporteat eum pati pro nomine meo. In huius etenim perſecutione3 vniuerſus cōiurauit orbis et com moti ſunt principes terre: gētes: regna: exercit⁹ coierūt aduerſus eū. Ille autē diuinū illud ꝯſeruabat eloquiū dicens. Si ꝯſiſtant aduerſum me caſtra non timebit cor meū: ſi exurgat in me pͥlium in hoc ego ſperabo. Uerū qm̄ tanta ac talia ei⁹ geſta ſunt: vt magnitudo quidem rerū nichil me pͥterire paciat multitudo vero geſtorū plurima cogat omittere: & certo eſtuat anim⁹: dū deliberare non valet quid teneat qđ omittat. Et ideo pauca nos q̄ ad rē pertinēt memorabim⁹. Reliqua ei⁹ fama narrabit. ſine dubio minora q̄ͦ nūciatura: nā nihil qđ addere poſſit inueniet.

¶ Capitulum. xvi. de morte Conſtantini fratris conſtantij et de ipſius conſtantij errore: & de concilio hereticorum contra Athanaſium congregato iuſſu conſtantij.

R Situr vbi Conſtantinus orientis ſol⁹ obtinuit regnū. Cōſtantino fratre nō longe ab aquileia apud alſam fluuiū a militibus interfecto: conſtans vtriuſq; germanus: occidētē ſatis induſtrie gubernabat. nā conſtanti⁹ natura & animo regio: dū primis illis regni ſui fautoribus ſatis indulget: per eunuchos arte in perfidiā decipitur a peruerſis ſacerdotibus & intento ſatis ſtudio: prauis eorum cōtentionibus obſecundat. Sed illi verentes ne forte adeūdi regis copia quādoq; fieret athanaſio: & per eū de veritate fidei quā peruertebant ſcđz ſcripturas edoceretur: omnimodis inſimulare eum apud principem: & velut omniū ſcelerū ac flagitiorū aggrediūtur exponere: vt quoq; hūani corporis brachiū loculo delatum Imperatori oſtēdunt. Quod ab Athanaſio exciſum magice artis gratia: de arſenii cuiuſdā corpore ꝯfirmabāt. Sed & alia quāplurima criminoſa ſimul: et flagitioſa componūt. Quibus ex cauſis imperator iubet cōuocato ꝯſilio Athanaſium condēnari. Idq; apud tyrū miſſo e latere ſuo vno ex comitib⁹. Annitēte quoq; Archelao tunc comite orientis: necnon & eo qui fenicem puinciam gubernabat cōgregari iubet. Eo deducit Athanaſius: loculus cum humano brachio circūfertur: inuidie horror: non ſolum religioſas: ſed & viles animas peruadit.

¶ Cap. xvii. Quomodo paſnuci⁹ noluit permittere vt maximinus hieroſolymorū epiſcopus cū illis hereticis ſederet propter doloſet

cautellas qui contra arriũ adducebantur et ibidẽ detectꝰ eſt dolus de brachio exciſo arſenij.

Hic arſeniꝰ cuiꝰ brachiũ dicebatur exciſuꝫ: lector aliquãdo Athanaſij fuerat ⁊ ob culpam correptionẽ veritꝰ frequẽtie ſeſe ſubtraxerat. Cuius latebras oportunas ſibi ad huiuſcemodi cõmẽtum flagitioſi hoĩes rati: initio cõpoſiti criminis occultatũ eum apud quẽdam quẽ fidiſſimũ ſceleribus ſuis crediderant retinebãt. Peruenit tamen ad hunc in latebris poſitũ qđ ſuo noĩe criminis intẽtaret athanaſio. Et ſiue eũ ipſa humanitatis contẽplatio ſiue diuina pertulit prouidentia: clam per noctis ſilẽtiũ euadens clauſtris enauigauit tyrũ. Et pridie ꝙ̃ cauſe dicende adeſſet vltimꝰ dies: athanaſio ſeſe arſeniꝰ obtulit: vtq̃ ſe rerũ geſtarũ series haberet edocuit. Ille domi eſſe hominẽ nec innoteſcere cuiꝙ̃ de eiꝰ pñtia iubet. Interea ↄſiliũ cogit: ĩ quo aliquãti ↄcinate calũnie ↄſcĳ: oẽs pene infẽſo aĩo aduerſꝰ athanaſiũ pĩudicatoq̃ cõueniũt. Per idẽ tp̃s Pafnutiꝰ ↄfeſſor de quo ſupra memorauimꝰ aderat Athanaſij innocẽtie cõſciꝰ. Is cũ vidiſſet maximũ hieroſolymorũ epm q̃ vna ſecũ effoſſo oculo et poplite ſucciſo cõfeſſor extiterat verũq̃ nimia ſimplicitate nichil de ſacerdotũ ſcelere ſuſpicantẽ ↄſediſſe cũ ceteris quos factiõis macula ſociauerat mediũ ↄceſſum adire nõ veritꝰ: te inq̃t o maxime cũ quo mihi vnũ atq̃ idẽ ↄfeſſiõis inſigne eſt: cũ quo mihi pariter mortale lumẽ effoſſuꝫ clariore diuini luminis conciliauit aſpectũ. Te inq̃ non patiar ſedere in cõcilio malignantiũ: ⁊ cũ iniq̃ gerẽtibꝰ itroire. Iniectaq̃ manu eleuãs eum de medio eorũ ac de ſingulis inſtruẽs perpetua de hinc Athanaſio cõmuniore ſociauit. Sed interim cauſa dicitur. Prima introducitur accuſatio mulieris cuiuſdã: q̃ ſe diceret aliquãdo hoſpitio athanaſiũ recepiſſe: ⁊ ab eo noctu nichil ſuſpicãtẽ vim corruptionis eſſe perpeſſam: Introduci ad hoc iubet athanaſiꝰ. Ingreditur eũ timotheo preſbytero ſuo eumq̃ monet: vt poſteaꝙ̃ mulier dicendi finem feciſſet: ſe tacẽte ipſe ad ea que dixerat reſponderet. Cumq̃ mulier ea que docta fuerat peroraſſet. Timotheus cõuerſus ad eã. Uere inquit mulier ego mãſi apd te aliquãdo: aut vim tibi vt aſſeris feci. Tũc illa vt mulierũ ſeta lium procacitatis habet obiurgans Timotheum: tu es inquit michi vim feciſti: tu in illo loco cõmaculaſti caſtitatẽ meam. Simul ⁊ cõuerſa ad iudices obteſtari fidẽ dei cepit vera ſe dicere. Tũc oẽs ridiculoſꝰ pudor hr̃e cepit: ꝙ tã facile tacẽte eo: fa

De hoc Pafnutiꝰ hẽs. s.eo. li. ca. iiij.

ctio cōpoſiti criminis patuiſſet. Nec tamen permiſſi ſunt iudices habere de muliere queſtionē vnde hec vel per quos aut quomodo fuiſſet aptata calumnia quoniā iudicandi libertas penes accuſatores erat.

B ¶ Hinc trāſitur ad aliud crimen. Profertur facinus ſeculis in auditum. Ecce inquiūt vbi nemo poſſit verborū preſtigiis decipere oculis res agitur. Uerbis ceſſantibus brachiū hoc te aiūt Athanaſii accuſat exciſum. Hec eſt Arſenii dextera: quam tu quomodo vel ad quos vſus excideris indicato. Tum ille. Quis enim/ inquit/ veſtrum Arſeniū nouerit: vt hāc ipſius dexterā eſſe cognoſcatis. Et ſurrexerūt aliquanti qui ſe dicerent optime ſcire Arſeniū. In quibus nonnulli erant abſq conſcientia factionis. Orat dehinc a iudicibus Athanaſius/ vt hominem ſuū quē negocium depoſceret iubeant introduci. Cumq introductus eſſet Arſenius eleuato eius vultu Athanaſius concilio/ et iudicibus ait. Hic eſt arſenius et alleuans eius nichilominus dexteram hec eſt inquit etiam dextera eius hec eſt et ſiniſtra. Hec autem quam iſti offerūt manus vnde ſit vos/ requirite. Tunc velut nox quedam et tenebre accuſatoribus oculis infuſe quid agerent: quo ſe verterent neſciebant. Ipſum etenim arſeniū teſtes q paulo ante ſcire ſe dixerant/ confirmabāt. Uerū quia non iudicandi ſed opprimēdi hominis cauſa cōcilium gerebatur fragor omnium repēte attollitur magū eſſe athanaſium/ et decipere intuentiū oculos acclamant ne debere vllo modo vltra talē hominem viuere. Factoq impetu ſuis eū decerpere manibus parant. Sed archelaus qui cum ceteris ex precepto īperatoris concilio preſidebat/ ereptum eum de diſerpentium manibus per occultos exitus eduxit ac fuge qua ſolū poſſet ſalutem monuit commēdare. Concilium tamē rurſum conueniens tanq ſi nichil omnino deprehenſum fuiſſet vt confeſſum de intentatis criminibus Athanaſiū condēnat. Et geſta in hunc modū ficta per orbem terre mittentes ad ſceleris ſui cōſenſum imperatore cogente ceteros epōs pepulerūt.

¶ Capitulū. xviii. de fuga et latebris Athanaſii/ qui ſex annis latuit in lacu ciſterni.

HInc iam toto orbe pfugus agitur athanaſius: nec vllus ei tutus ad latendū ſuperat locus. Tribuni ppoſiti comites exercitus quoq ad inueſtigandū eū mouent: edicta imperialibus. Premia delatoribus preponuntur/ ſi quis viuū maxime ſin minus caput certe athanaſii/ detuliſſet. Ita totis regni viribus fruſtra aduerſus eū cui deus aderat certabant. Interea ſex cōtinuis annis ita latuiſſe fert in lacu ciſterne non habētis aquā vt ſolē nunq viderit. Sed cū per ancillā que ſola conſcia dominorū officiis qui ei latebras prebuerāt videbātur indicatus Idem in hyſtor. tripartita lib. v. ca. iii in fi.

fuiſſet/tanq̄ dei ſpiritu am monitis ipſa nocte qua ad eum comprehendēdum cū iudicib⁹ veniebat poſt annos ſex migrauit ad aliud locū. Ita illi qui venerant fruſtrati dominis quoq̄ in fugam verſis de ancilla: vt falſa indice penas ſumūt.

¶ Capitulū.xix. quomodo conſtans p athanaſio qui ad eum fugerat cōſtantio ſcripſerit eūq̄ eccleſie reddi iuſſit a qua ſtatim ipē athanaſi⁹ fugatur conſtantius autē poſtea venit ad partes occidētales voluitq̄ cogere epiſcopos cōſentire hereſi arrij.

Eſum ne graues alicui latebre ſue fierent ⁊ occaſio calūnie innocentib⁹ quereretur nichil ſibi vltra iā tutum in Conſtantij regno p̄ſumens ad Conſtātis partes pfug⁹ abſcedit. A quo ſatis honorifice religioſeq̄ ſuſcept⁹ eſt quiq̄ cauſa et⁹ quare fama compererat diligentius cognita ſcribit ad fratrē pro certo ſe comperiſſe q̄ ſacerdos dei ſummi Athanaſius iniuſte fugas et exilia pateretur.

A ¶ hunc itaq̄ recte taceret ſi abſq̄ vlla moleſtia loco ſuo reſtitueret ſi id nollet cure ſibi futurū vt ipe id adipleret regni eius intima penetrans ⁊ penas diſſimas de auctorib⁹ ſceleris ſumēs. Quib⁹ ſcriptis perterritus Conſtantius q̄ poſſe facere ea que minitabatur conſcius erat fratrē ſimulata benignitate vltro venire ad ſe Athanaſium iubet ⁊ leui increpatiōe pſtrictū ad eccleſiā ſuā permitit ire ſecurū. Admonitus tamē imperator ab impijs conſiliarijs nō eſt inqt magnū Athanaſi quod epiſcopi poſcunt de te: vt vnā ex multis q̄ ſunt apud Alexandriā eccleſijs cōcedas populis eorum qui tibi cōmunicare nollūt. Tunc ille deo ſibi ſuggerente paratū in tempore cōcilij reperit. Et quid eſt inquit Imperator quod poſcēti tibi liceat denegari qui poteſtatē habes omnium iubendi. Sed vnum eſt quod oro vt meā quoq̄ peticiunculā libenter admittas. Cumq̄ ſe omnia que vollet quāuis eſſet difficilia promitteret preſtaturum ſi hoc vnum cederet illi bens Athanaſius. Hoc eſt inquit qd rogo vt quia eſſet hic nā apud antiochiā res agebat/ſunt noſtri populi qui iſtis communicare noluntvnam eis tenere concedas eccleſiā. Equiſſimū ſibi videri ⁊ valde preſtandum letus ſpopōdit Imperator. Sed cū rem detuliſſet ad eos quorum conſilijs vtebat neq̄ ibi ſe velle accipere eccleſiā neq̄ hic dare reſpōdent: quia plus ſibi ſinguli quiq̄ q̄ abſentibus pſulebāt. Ita imperator admiratus eius prudētiā pra

Idē ī hiſtoria tripti. ta.li. ij. ca. xxx.

Hec tāgūtur in hiſtoria tri pti.li. ij. ca. xxx vij. ſequēti ⁊ li.v. c.xv.

perare ocius ad ſuſcipiendam ſuam eccleſiā iubet. B ¶Sed cum magnentiū ſcelere imperator Cōſtans regno ſimul ⁊ vita ruiſſ; exēptus rurſum in Athanaſiū veteres illi incentores principis odia reſuſcitare ceperunt. Fugatoqꝫ de eccleſia in locū eius Georgiū quendam perfidie ⁊ inmanitatis ſue ſocium mittūt. Nā pri⁹ quendam Gregorium miſerant. Rurſum fuga rurſum latebre et edicta aduerſum Athanaſium principis per omnem locū ponuntur premia ⁊ honores delatoribus pollicentia. Ipſe quoqꝫ cum ob vindictam neſcis fraterne regnumqꝫ recuperandū ad occidētis partes veniſſet ⁊ extincto tyrāno regni ſol⁹ arce potiretur fatigare occidentales epiſcopos et per deceptionem ad conſenſum arriane hereſeos cogeres aggreditur Athanaſij pri⁹ condēnatione pmiſſa ⁊ velut obicis validiſſimi obiectione ſublata.

Idē ī hiſt. tri. li. v. ca. xv. b

¶Capitulum. xx. de cōſilio apud mediolanum habito et exilijs Euſebij ⁊ multorum aliorum.

A hoc caput Mediolanum epiſcoporū cōcilium conuocat pleſ decepti. Dionyſi⁹ vero Euſebi⁹/Paulinus Rodani⁹ ⁊ lucifer dolum eſſe in negotio ꝓclamātes aſſerēteſqꝫ ꝯſcriptio in athanaſium non aliā ob cauſam ꝙ deſtruende fidei molıretur in exiliū truſi ſunt. His etiā Hylarius igitur iūgitur ceteris vel ignorantibus/vel non credentibus/fraudem.

¶Capitulū. xxi. de conſilio Ariminenſi in quo ſacerdotes occidentales ab orientalibus decepti fuere/ et ablatione homouſion a ſimbolo.

hoc tāgit ī hiſt. tri. li. v. ca. xvi. c.

Sed tali ꝯſilio geſtum fuiſſe negotium rei exitus docuit illis/nanqꝫ de medio ſublatis continuo. Sinodus apđ Ariminū congregat. Ibi ſecundū ea q̄ oriētales apud Selentiam ꝓpoſuerant callidi homines ⁊ verſuti ſimplices ⁊ imperitos occidentaliū ſacerdotes facile circōueniunt hoc modo proponēdo eis quē magis colere ⁊ adorare vellent. homouſion an chriſtū illiſqꝫ virtutē verbi qđ homouſion ſignificaret ignorantib⁹: velut ī faſtidiū quoddā ⁊ execrationē ſermo deduct⁹ eſt criſtoſe credere nō homouſion ꝯfirmātibus. Sic multorū preter paucos/qui ſciētes prolapſi ſunt/animi decepti contra ea que patres apud Niceam conſcripſerant venientes homouſion quaſi ignotum ⁊ a ſcripturis alienum ſermonem auferri de fidei expoſitiōe decernunt. Communionemqꝫ

ſuam hereticorum ſocietate commaculāt. Ea tēpeſtate facies eccleſie feda ⁊ admodū turpis erat Non enim ſicut prius ab externis: ſed a proprijs vaſtabatur. Fugabat alius/alius fugabat. Et vterq3 de eccleſia erat Aranus quaſ nec īmolatio/nec libamina. Preuaricatio tamē ⁊ lapſus erat ac ruina multorum. Similis pena ſ3 impar victoria. Similiter cruciabantur. ſed non ſimiliter gloriabantur quia dolebat eccleſia etiā illius caſu3 qui impellabat ad lapſum.

¶Capitulū. xxij. de exilio liberi vrbis rome epiſcopi.

Situr liberius qui poſt Julium marci/ quem ſilueſter preceſſerat/ ſucceſſorē in vrbe roma per idem tempus ſacerdotio fungebat in exiliu3 truditur. Inq3 eius locum Felix diaconus ſuus ab hereticis ſubrogatur. Et nō tam ſecte diuerſitate q̄3 cōmunionis et ordinationis conuenientia maculatur.

¶Capitulum. xxiij. quomodo hieroſolymorum et Alexādrie epiſcopis ſe habeant in miniſtrando.

Eroſolymis vero cyrillus poſt maximinū ſacerdotio confuſa iā ordinatione ſuſcepto aliquādo in fide ſepius in cōmunione variabat apud Alexandriā vero Georgius ſatis procaciter vir aptum epiſcopatu3 gerebat: ita vt magis ſibi iuris dicendi creditos faſces quam ſacerdotium miniſtrandum religioſis officijs eſtimaret.

¶Capitulum. xxiiij. de meletio qui ab hereticis epiſcopus antiochie ordiatur ⁊ ab eis poſtea in exiliu3 trudit.

Pud antiochiā ſane diuerſis temporibus multa q̄3 admodum confuſe geſta ſunt. Nam defuncto Eudoxio cum multi diuerſarum vrbium epiſcopi ad illā ſedem ſumma ambitione niterentur ad vltimum. Meletium de ſebaſtia Armenie. ciuitate contra decreta ɔcilij illuc trāſferūt. Qui tamen ab ipſis rurſum in exiliu3 truditur q2 contra opinionem ipſorum non Arrij ſed noſtram fidem cepit in eccleſia predicare. Quem magna pleb3 eccleſia depulſum ſecuta ab hereticorum ſocietate diuellitur.

¶Capitulum. xxv. de ſciſmate arrianoru3 quod in partes diuiſum eſt ⁊ quidam eorum eunomiani/ alij macedoniani/ alij vero arriani dicebantur.

Ntereavt aliquando etiā in ſemetipſam p̄ diues malicia deſeruiret ſacerdotes ⁊ populiq̄ Arrio duce primitus fuerant ab eccleſia diuiſi in tres denuo ſectas parteſq3 ſinduntur. Na3 illi quos paulo ſuperius dixeramus/non acquieſcētes Euſebij ceterorumq3 ſimulationibus cum Arrio exilium pertuliſſe poſt modum nec ipſi arrio regreſſo de exilio communicare voluerunt eo q2 ſimulata confeſſione communicaſſent his qui de ipſa ſubſtantia dei patris filium cō

fiterētur quia ipſi ea que primo docuerat Arius ex nullis extātibus creatum ⁊ factum non natū filium ſatis libera ſeu potiꝰ impudenti blaſphemia confirmabant Quod ⁊ poſt illorum obitū Actiꝰ quidam poſt actium validius et latius aſſerebat Eunomius vir corpore ⁊ animo leproſꝰ ⁊ interiꝰ exteriuſq̧ morbo regio corruptꝰ arte tamē dialecticā ƥpotēs plurima cōtra fidem noſtrā ſcripſit ⁊ diſputandi leges ſecutoribꝰ ſuis dedit. A quo etiā nunc Eunomiana heresis appellat̃. Aliꝰ quoq̧ Macedonius nomie quē noſtris expulſis immo potiꝰ necatis apđ conſtātinopolim ſtatuerūt epm: q̄ ſimilē patri filiū fatebat̃ licet ſpm ſctm̄ eque vt illi blaſphemaret tamē ab illis expellit̃ q̄ ſimilis vt de patre etiā de filio p̄dicaret. Neq̧ vero noſtris cōiūgitur a q̄bus de ſpū ſancto diuerſa ſentiret. Jta peſtifera illa beſtia quā p arriū primū quaſi de inferni extulerat caput ſubito triformis apparuit. Per Eunomianos q̄ dicūt per om̄ia diſſimilem filiuȝ patri quia nullo genere poſſit eſſe ſimilis factura factori. Per arrianos q̄ dicūt ſimilem quidem poſſe dici filium patri: ſed largitate gratie non ƥprietate nature in quantuȝ ſcilicet poteſt creator ⁊ creatura cōferri per Macedonia qui dicūt ſimilem quidem filium p omnia patri ſanctū vero ſpm̄ cū patre ⁊ filio nichil habere commune. Hec quidem inter illos ita geſta ſunt. Sed ſicut de talibus ſcriptum eſt diſciſſi ſunt ⁊ nō ſunt compuncti. plurimi ſane eaꝝ q̄ videbāt̃ arctiorē vitā gerere ⁊ monaſteria per multa apud Conſtantinopolim vicinaſq̧ prouīcias ⁊ epi noſbiles macedonij magis errorem ſecuti ſunt.

¶Capm.xxvi. de morte cōſtantij ⁊ ortu iuliani.

Sed conſtantius imperator dum Juliano quem ceſarem apud Gallias reliquerat dignationē ſibi auguſti ſpōte preſumenti armis ire obuiaȝ parat. xxiiij. poſt occaſum patris imperij ſui anno in oppido Cilicie Mopoſcrenis die functus eſt.

¶Capitulum. xxvij. de epiſcopis iuſſu iuliani ab exilio reuocatis ⁊ de ordinatione paulini epiſcopi i antiochia.

Poſt quē Julianꝰ preſumptum priꝰ deinde vt legitimū ſolus obtinet principatum. Js primo velut arguēs perpera geſta Conſtantij epiſcopos iubet de exilijs relaxari poſt aduerſum noſtros tota nocendi arte conſurgit. Jnterim qui ſupfuerant epiſcopi de exilijs relaxātur. Nam Liberius vrbis Rome epiſcopus Conſtantio viuēte regreſſus eſt. Sed hoc vtrunq̧ acquieuerit volūtati ſue ad ſubſcribendū an ad populi Romani gratiam a quo proficiſcēs fuerat exoratus indulſerit: pro certo compertum non habeo. Lucifer autē cum exoraretur ab euſebio (quia vterq̧ in partibus vicinis egypto fuerat relegatus) vt adeūdum Athanaſium alexandriam pergerent communiq̧ tractatu cum his qui ſuperfuerant ſacerdotibus de ſtatu eccleſie decernerent p̄ſentiam ſui abnegās legatum p ſe diaconū ſuū mittit atq̧ ipſe intento animo Antiochiam

.pergit. Ibiq; diffidētibus adhuc partibus ſed in vnum tamē reuocari poſſe ſperantibus ſi ibi talis eligeretur epiſcopus erga quem non vna plebs ſed vtraq; gauderet Prepoperus catholicum quidem: ⁊ ſanctum virum ac per omnia dignum ſacerdotio paulinū epiſcopum collocauit. Sed tamē in quē acquieſcere plebs vtraq; non poſſet.

¶ Capitulum.xxviij. De concilio apud alexandriam ſanctorū epiſcoporum an de cetero hi ordinādi eſſent epiſcopi qui fuerant maculati contagione communionis heretice vel non.

PErgit interea Euſebius alexandriā ibiq; confeſſorum conſilio cōgregato pauci numero: ſed fide integri ⁊ meritis multi quo pacto poſt hereticorum procellas ⁊ perfidie turbines tranquillitas reuocaretur eccleſie omni cura ⁊ liberatione diſcutiunt. Aliis videbatur fidei calore feruētibus nullum debere vltra in ſacerdotum recipi qui ſe vtcunq; heretice cōmunionis cōtagione maculaſſet. Sed qui imitantes apoſtolū querebāt nō quod ſibi vtile eſſet: ſed quod pluribus expediret: vel qui imitarentur chriſtum qui cum eſſet omnium vita pro ſalute cūctorum humiliās ſe deſcendit in mortem quo ſcilicet inueniretur et in mortuis vita dicebant meliꝰ eſſe humiliari paululū propter detectos ⁊ inclinari propter eliſos: vt eos rurſus erigerent: nec ſibimet ſolis puritatis merito celorū regna defenderēt: ſed eſſe glorioſiꝰ ſi cum pluribꝰ illuc mererētur intrare. Et ideo rectum ſibi videri vt tantum perfidie auctoribꝰ amputatis reliquis ſacerdotibꝰ daretur optio ſi forte velint abiurato errore pfidie ad fidem patrū ſtatutaq; conuerti: nec negare aditum redeuntibus: quin potius de eorum cōuerſione gaudere: quia et ille euāgelicus iunior filius paterne depopulator ſubſtātie in ſemetipſum reuerſus non ſolum ſuſcipi meruit: ſed ⁊ dignus paternis complexibꝰ deputat ⁊ annulum fidei recipit ⁊ ſtola circundatur: per quam quid aliud ꝙ ſacerdotij declarantur inſignia. Nec probabilis exiſtit apud patrē ſenior filius qui inuidit recepto nec tantum meriti habuit non delinquendo quantum note contraxit non indulgendo germano.

¶ Capitulum.xxix. quomodo in illo concilio ſanctorum epiſcoporum tractata fuit materia de ſpiritu ſancto de differētia inter ſubſtantiam ⁊ ſubſiſtantiam ⁊ de natura a chriſto aſſumpta.

CUm igitur huiuſcemodi ſententias ex euangelica auctoritate prolatas ordo ille ſacerdotalis et apoſtolicus approbaſſet ex concilij decreto Aſterio ceteriſq; qui cum ipſo erant orientis iniungitur procuratio occidentis vero Euſebio decernitur. Addit ſane in illo concilij decreto etiam de ſpiritu ſancto plenior diſputatio vt eiuſdem ſubſtātie ac deitatis cuius pater et filius etiam ſpiritusſanctus crederetur: nec quicq; prorſus in trinitate aut creatum

ant inferius poſterius vt di
ceretur. Sed ⁊ de differen-
tia ſubſtantiarum et ſubſi-
ſtentiarum ſermo eis per
ſcripturam mot⁹ eſt. Quod
greci vocant.
Quidam etenim dicebant
ſubſtantiam et ſubſiſtentiaꝫ
vnum videri. Et quia tres
ſubſtantias non dicimus in
deo: nec in tres ſubſiſtẽtias
dicere debemus. Alij vero
quibus longe aliud ſubſtan
tia q̃ ſubſiſtentia ſignifica-
re videbatur. dicebant quia
ſubſtantia ipſa rei alicuius
naturam rationemq̄ qua
conſtat deſignet. Subſiſten
tia autem vniuſcuiuſq̄ per
ſone hoc ipſum ꝙ extat et
ſubſiſtit oſtendat. Ideoq̄
propter Sabellij hereſiꝫ tres
eſſe ſubſiſtentias confiten-
das quod quaſi tres ſubſi-
ſtentes perſonas ſignifica-
re videretur: ne ſuſpitionem
daremus tanq̃ illius fidei
ſectatores qui trinitatem in
nominibus tantum et non
in rebus ac ſubſiſtentijs con
fitetur. Sed et de incarna-
tione domini comprehenſuꝫ
eſt: quia corpus quod ſuſce-
perat dominus neq̄ ſine ſen
ſu neq̄ ſine anima ſuſcepiſ-
ſet. Quibus omnibus caute
moderateq̄ cõpoſitis vnuſ-
quiſq̄ itinere ſuo cum pace
perrexit.

¶ Capitulũ. xxx. de ſciſma-
te luciferianorum ac Euſe-
bio ⁊ hylario qui omnes ec
cleſias occidentales ad re-
ctam fidem reuocabant.

Sed Euſebius cũ
vediſſet ãtiochiã
et inueniſſet ibi
a lucifero cõtra
pollicitationem
ordinatum epiſcopum pudo
re ſimul ⁊ indignatione com
pulſus abſceſſit neutre par
ti communionem ſuam rela
xans: quia digrediens inde
promiſerat ſe acturum in cõ
cilio vt his eis ordinaretur
epiſcopus a quo pars neu-
tra deſciſceret. Ille nãq̄ po
pulus qui melecium dudum
de eccleſia pulſum quaſi pro
fide recta fuerat ſecutus nõ
ſe iũxerat ad priores catho
licos: id eſt qui cuꝫ euſtachio
epiſcopo fuerant ex quibus
etiam paulin⁹ erat ſed ſuuꝫ
principatum ſuumq̄ conuẽ
ticulum tenuit. Hos ergo cũ
in vnum reuocare voluiſſet
euſebius: nec tamen preuen
tus a lucifero potuiſſet ab-
ſceſſit. Tunc regreſſus mele
tius de exilio quia cuꝫ eo nu
meroſior populus erat ec-
leſiam tenuit: et ex eo iam
propriã ſynodũ cum ceteris
orientalibus epi habuit: nec
tamẽ Athanaſio iũctus eſt.
Interim Lucifer iniuriã do
lens ꝙ epm a ſe ordinatum
apud antiochiã nõ recepiſ-
ſet euſebius/ nec ipſe recipe-
re cogitat alexãdrini decre-
ta cõcilij: ſed cõſtringebat le
gati ſui vinculo q̃ in concilio Ideꝫ
ipſi⁹ auctoritate ſubſcripſe in hy
rat. Abijcere nãq̄ eũ nõ po- ſtor.
terat q̄ auctoritatẽ ei⁹ tene trip.
bat. Si vero recepiſſet om̃e li. vi.
ſuũ fruſtrãdũ videbat ince- ca xx
ptuꝫ. Diu ergo de hoc mul- iij.

tumq; deliberans. cum ex vtraq; parte concluderetur eligit vt legato ſuo recepto erga ceteros ſentētiam diſparem ſed ſibi placitā cuſtodiret. Ita regreſſus ad ſardine partes ſiue q2 cito morte p̄uentus tempus ſentētie mutande, nō habuit (Etem̄ temere cepta corrigi ſpatio ſolēt) ſiue hoc animo immobiliter ſederat paruz; firmauerim. Ex ipſo interim luciferianorū ſciſma quod licet per paucos adhuc voluitur ſumpſit exordiū. Euſebius vero circuiens orientē atq; Italiā medici pariter ⁊ ſacerdotis fungebatur officio. Singulas quaſq; eccleſias abiurata infidelitate ad ſanitatē recte fidei reuocabat Maxime q2 hylariū quē dudū cum ceteris ep̄is in exiliū truſum eſſe memorauim⁹ regreſſum iā ⁊ in italia poſitū hec eadē erga inſtaurādas eccleſias fideq; patrū reparandā reperit molientem.

¶ Cap̄. xxxi. de natura ⁊ morib⁹ beati hylari paritercq; eius ſcriptis quibus hereticorum verſutias refellit.

IIſti quod hylarius vir natura lenis ⁊ placidus ſimulq; eruditus ⁊ ad pſuadendū cōmodiſſimus rem diligētius ⁊ aptius pcurabat. Qui etiā libros de fide nobiliter ſcriptos edidit quibus ⁊ hereticorum verſutias ⁊ noſtrorū deceptiōes ⁊ male credulam ſimplicitatem ita diligētius expoſuit: vt ⁊ p̄ſentes ⁊ longe poſitos quibus ipſe per ſe diſſerere viua voce non poterat pfectiſſima inſtructione corrigere. Ita iſti duo viri velut magnifica quedam mūdi lumina. Illiricum italiam galliaſq; ſuo ſplendore radierunt: vt omnes etiam de abſconditis angulis ⁊ abſtruſis hereticorum tenebre fugarentur.

¶ Cap̄. xxxii. quomodo Iulianus incepit callide multū chriſtianos perſequi.

SEd iulian⁹ poſtq̄ ad orientem pſas bello pulſatur⁹ aduenit et publica quā pri⁹ occultauerat erga idolorū cultum ferri cepit inſania callidior ceteris perſecutor non vi neq; tormentis ſed p̄miis honoribus blāditiis perſuaſionib⁹ maiorem pene populi ptem q̄ ſi atrociter pulſaſſet eliſit Studia auctorū gentilium xp̄ianos adire phibens ludos litterarum illis ſolis qui deos deaſq; venerant patere decernit. Militie cingulū nō dari niſi imolātib⁹ iubet. Procurationē puinciarū iuriſq; dicendi xp̄ianis ſtatuit nō debere cōmitti: vtpote q̄b⁹ etiā lex ppria gladio vti vetuiſſet ⁊ pficiebat quotidie in huiuſcemodi legib⁹ exquirēdis: qb⁹ ſi qd pſutū vel calidū tn̄ qd minus videretur crudele decerneret.

Iſta etiā in hyſtor. tript. li. vi. ca. i. ⁊ xxxvii.

¶ Cap̄. xxxiii. quō cepit iulian⁹ pſeq̄ athanaſiū moniſtione quorūdam aruſpicū.

SEd non erga athanaſiū ſicte phie tenere imaginem potuit. Eteni cum velut terri ſerpentes de cauernis terre ebulientes ad eū proceſſiſſent magorum philoſophorum aruſpicium augurumq̄ manus prophana oēs pariter allegāt nihil ſuis actib⁹ ſucceſſiſſe niſi p⁹ athanaſiū velut horꝝ oīm obſtaculū ſuſtuliſſet.

¶Cap.xxxiiii. de fuga athanaſij ab alexādria p nilū ꝛ de reditu eius ad alexādriā in qua latitauit vſq̄ quo pſecutio ceſſaret.

ITerum mittūt exercitus iterū duces iterū oppugnatꝰ eccleſia. Cumq̄ eum meſti ac flentes populi circundarent: prophetico apud eos vſus ſermo perhibet. Nolite inquit o filii conturbari: quia nubecula eſt et cito pertranſit. Cumq̄ diſceſſiſſet ꝛ naui p Nilū fluuiū iter ageret comes q̄ ab hoc ipſo miſſ⁹ fuerat cognitio ei⁹ itinere inſtāter eū inſeq̄ cepit. Et cū forte applicuiſſet athanaſii nauicula ad quēdā locū cōperit a p̄tereuntib⁹ poſt tergū eſſe pſecutorem ſuū ꝛ iam iāq̄ niſi proſpiceret imminere. Conterriti oēs qui ſibi aderant ſocū heremū ſuadebāt ad fuge p̄ſidiū petēdū. Tū ille nolite inq̄t o filii deterreri eam⁹ magis in occurſū pcuſori noſtro vt ſciat: q᷑ longe maior eſt q̄ nos defendit q̄ꝫ q̄ pſequitur ꝛ conuerſa nauicula iter agere obui⁹ ei q̄ ſe inſectabatur aggreſſus eſt. ille q̄ nullo gñe ſuſpicari poſſet in occurſum ſibi venire quē q̄reret tanq̄ p̄tereūtes aliquos interrogari iubet vbi audiſſēt eſſe athanaſiū cūq̄ rñdiſſēt ſe vidiſſe eū nō lōge eūtē tota celeritate ptranſiēs ꝓperat īuanū feſtināſ capere quē añ oculos poſitū videre non potuit. Ille xp̄o dei v̄tute monitus alexādriā reddit: ibiq̄ tuto latebras vſquequo perſecutio ceſſare exigit.

Idē i hyst. tripti ta.ca xxvi.

¶Cap̄.xxxv. quō Julianus precepit xp̄ianis auferre ſepulchrum babile martyris exhūs in ſuburbano antiochie ꝛ quō galileos id eſt chriſtianos incepit affligere.

DEdit ꝛ aliud iulian⁹ vecordie ſue ac leuitatis iudicium. Nā cū dafnis in ſuburbano antiochie iuxta fontē caſtaliū litaret apollini ꝛ nulla ex his q̄ q̄rebat rñſa ſuſciperet cauſaſq̄ ſilētii pcōtaretꝰ a ſacerdotib⁹ demōis aiunt. Babyle martyris ſepulchrū ꝓpe aſſiſtere ꝛ ideo rñſa nō reddi. Tūc ille galileos venire. hoc eīm noīe noſtros appellare ſolitus erat et auferre ſepulchrum martyris iubet. Igitꝰ eccl̃a vniuerſa conueniens matres et viri iuuenes virgineſq̄ immenſa exultatione ſuccincti

Idē i hyst. trip. li.vi. capi. xxxi.

